a rebus credendis: ⁊ hec longinquitas eſt impericia ⁊ inexerci
tatio in illis ſicut dicit Aariſto· Imperiti veluti longe diſtan=
tes ſpeculātur. Qui enim in ſenſibilibus verſantur· aut in alijs
que longe ſunt a credendis verſantur ⁊ commorātur aſſidue·
longe ſunt indubitanter ab illis· & propter hoc illa videre nō
poſſunt: quia nec ſtudio nec exercitatione ad illa ꝓpinqua=
uerunt· Quinta vero cauſa eſt ſtulticia· qua volunt intelligē
intellectu naturali per ſe· quod eo per ſe capi non poteſt. Quē
admodum ſiquis viſu humano vellet videri quidquid aquili
no viſu videri poteſt: aut altitudinem ſtatue ſue longe deſup
eminentem contingere & que in ea ſunt manu capere· Sic bre
uis intellectus credendorum altitudinem non attingit: ⁊ intel
lectus naturalis ad ea que ſupra ipſum ſunt per ſe nullatenꝰ
ſe extendit· Sexta cauſa eſt inquiſitio probationum· probatio
nes enim velut ſcala ſunt· quibus attingitur ad probata quia
vero ad ea que fidei ſunt ſcala huiuſmodi non pertingit· quo
niam non habent aliquas probationes in quales vellent. Ideo
deeſt eis ſcala vel oīno· vel ſaltē eius altitudinis que huiꝰmōi
res attingit· hi tanqm̄ deficiente ſcala altitudine aſcēdenda in
comparabili breuiori· ad ea nullatenus aſcendunt· eo ꝙ ſolas
nunc probationes ſcalam qua illuc contingat aſcendere opi=
nantur· Septima cauſa eſt peccatum ſiue negligētie· qua diui/
num adiutoriū ad iſta credenda non queritur· ſeu quodcūqꝫ
aliud quod viam diuine gratie obſcurat ⁊ obcludit· Merito
enim iuſtiſſimoqꝫ dei iudicio adiutorium non obtinet· qui il=
lud obtinere nō curat· Meritoqꝫ lumen gratie diuine cor illiꝰ
ad illuſtrandum nō ingreditur· quod obicem illi opponit pec
cati. Merito enim radius ſolis domum illiꝰ non illuminat· ꝗ
radijs eiꝰ feneſtras & hoſtia alioſqꝫ introitus omnes claudit
⁊ obdurat. Scito etiam ꝙ quēadmodum homines proprijs
manibus lumen ſolis viſibilis ab oculis ſuis quandoqꝫ pro=
hibent ⁊ abſcondunt· ſic peccatores malis operibus ſuis ſolis

inuiſibilis radios.hoc eſt bona gratiarum ⁊ virtutum a cordi bus ſuis declinant ⁊ auertunt.quō enim ſunt manus interpo ſite inter ſolem ⁊ oculos ad obtenebrandos eos· Sic ſunt ope ra mala inter ſolem intelligentie atqꝫ iuſticie ⁊ oculos cordis ad eos obſcurandos· Attende aūt ⁊ alias ſimilitudines ſiue ex empla :vt melius innoteſcant tibi erraneorum inſania·quia eī ſenſus humanus in huiuſmodi reb9 tanqm̄ cecus eſt ⁊ om̄o inſcius·qui eo duce ambulare volunt·in his cecum ſibi ducē eligunt·& propter hoc non eſt mirum ſi in precipicia ⁊ pro= funda errorum corruūt·Similiter qui ipſum de hijs rebus cō ſulunt· cum horum omnino inſcius ſit in ſapientiſſimum in rebus periculoſiſſimis habent conſiliarium·merito igitur per nicioſe errant & pericula errorum non effugiunt·⁊c

¶Sequitur aſſimulatio· ¶Capitulū· II·

ſſimulatur ⁊ ſtulticia huiuſmodi hominum veſperti lionibus:qui ſolem videre contemnunt ⁊ ipſum totis viribus fugiunt:dum neqꝫ ortum eius expectant nec ante occaſum eius euigilant A Sic & iſti ſolē intelligen/ tie ⁊ iuſticie deum ex omni parte fugiunt orīturum ſiquidē non expectant·dum nec miraculis:nec ſacrorum eloquiorum teſtimonijs:nec ſacrorum doctorum ſuaſionib9·quibus omī= bus velut quibuſdam radijs illuceſcere poſſet eiſdem· Atten= dere nolūt·ymo ab ipſis tanqm̄ a faculis fugiūt:ſicut ⁊ om̄es aues lucifuge·quibus ⁊ ipſi congruentiſſima ſimilitudine cō parantur·Sol iſte luminoſiſſimus a tempore ſue infidelitatis eis occidit ·et propter hoc fruſtra eū videre contendunt poſt occaſum ſuum:qui non eſt niſi caſus eorum donec eis oriatur cuius tamen ortum vt diximus fugiunt·Eſt etiā eorum ſtul/ ticia eius veſanie:vt tenebra ſiue per tenebrā velint videre lu= cem.Quemadmodum enim viſus lumen eſt ad cognoſcenda viſibilia ſolummodo·ad ea vero que per ipſum cognoſci non poſſunt idem viſus tenebra eſt.Sic ſenſus humanus & intelle ctus ad ea que per ipſos cognoſcibilia ſunt lumina ſunt : ad ea vero que per ipſos cognoſcibilia nō ſunt tenebre ſunt·Cū ergo ea de quibus loquimur per ſenſum humanum ⁊ intelle ctum cognoſci non poſſunt.huiuſmodi vero erranei non alit̄ qm̄ per ſenſum & intellectum humanum nolunt ea cognoſcē vel videre·manifeſtum eſt ꝙ per tenebras ſolas volunt ea vide re·hec ergo eſt ſtulticia eorum vt cum talia eis videnda vel co gnoſcenda proponuntur·ad ſolas tenebras humani ſenſus & intellectus recurrunt:vt ex eis ea videant & cognoſcant ·B·

Amplius: iſti ſunt ſicut qui volunt videre ſolem de nocte. vel qui ſolem non eſſe contendunt. pro eo q̄ nunq̄ eis ortus eſt. Quemadmodum enim nox eſt vbicunq; non lucet ſol iſte viſibilis. Sic et nox ſpiritualis eſt vbicunq; non lucet ſol intelligentie: et in omni regione cordis quam non illuminat. Quemadmodum igitur non ante poſſibile eſt videre ſolem viſibilem q̄ nox receſſerit. ſic nec ante poſſibile ē videre ſolē intelligentie q̄ nox infidelitatis receſſerit. Et ſicut ſoli vidēt ſolem viſibilem apud quos dies eſt. ſic ſoli ſolem vident intelligentie aput q̄s ſpiritualis eſt dies. De illuxione et irradiatione illi9. Amplius ſicut cecus eſt corpore qui ſolem iſtum corporeū atq; viſibilē videre non poteſt. ſic cecus eſt corde qui ſolem intelligibilem corde videre non preualet. Ceci igitur intus et corde ſunt. hoc eſt quantum ad ſpiritualia omnes huiuſmodi erranei: quare non aliter diſputant de ſpiritualibus q̄ʒ ceci de coloribus. Et veriſimili9 aſſertio eorū omnis et contradictio de ſpiritualib9 aſſertio et cōtradictio eſt cecorū de coloribus. ¶ Ampli9 cum terra vel nube vel luna interpoſita inter aſpicientē et ſolem non contingit aſpicientem ad ſolem videre niſi interpoſitum. Sic et omnes huiſmodi erranei cum inter eos et veritatem ſalutarem interpoſita ſint infidelitatis ſue mendacia: non eſt poſſibile eos videre niſi illa. Interpoſitis autem prohibentibus nō puenit aſpectus eorum ad ipſam veritatē: ſicut dicit Salomō puerbiorum. xviij Non recipit ſtultus verba prudentie: niſi ea dixeris que verſantur in corde eius. Et quoniā impoſſibile eſt ab intellectu materiali atq; poſſibili aliquid videri ſeu cognoſci: niſi irradiatione ſua ſuper illud et apparitiōe forme ſue in illo: quoniam ipſe eſt velut ſpeculū intelligibile atq; nobile receptiuum formarum intelligibiliū: hoc eſt in quo reſultare et pingi quodammodo habent omnes forme intelligibiles: reſultatione et pictura ſibi conuenientibus. Manifeſtum eſt cōſequenter: quia nec in craſſato intellectu nec in declinato. nec p interpoſitionem prohibito. Quemadmodū nec in ſpeculo qd̄ eſt diſpoſitionum ſeu comparationum iſtarum. Manifeſtum eſt tibi quia in intellectu heretico: cū loco terſiōis et puritatis habeat craſſitudinem et immundiciē: loco directe oppoſitiōis ad veritatem ſalutarem habeat declinationē ab ea et auerſiōem loco libere vie ſeu tranſitus habeat interpoſitum phibens ab eo irradiationem ab ipſa veritate ſalutari. Manifeſtum eſt tibi: quia impoſſibile eſt in huiuſmodi intellectu fieri deſcriptiōem ſeu apparitionem huiuſmodi veritatis. Et quoniam non ſolū ſol in lumīe ſuo et ex lumine videtur quod infundit videntib9 ſed etiam omnis res alia et quantum ad ſenſus exteriores: et

quantum ad intellectum materialem:quanto fortiꝰ neceſſe eſt vt ſol intelligentie atqꝫ iuſticie non videatur niſi in lumine & ex lumine qđ ipſe infundit videntibꝫ: ⁊ hoc infuſiõe gratuita ac liberali:non irrationabili ſeu naturali qualis eſt infuſio luminis a ſole ⁊ caloris ab igne. quarum potentie irrationales atqꝫ ſeruiles nominantur.Irrationales quidem quia abſqꝫ diſcretione ⁊ diſtinctione eque bonis & malis : ⁊ ad bona et ad mala operantur.Eque enim illuminat ſol:eque fundit lumen ſuũ rapientibus ⁊ occidentibꝫ:ceteraqꝫ maleficia ꝑpetrantibus vt pie agentibꝫ.Seruiles vero quia alibi didiciſtis natura operãtur per modum ſeruiẽtis:cuius eſt nihil aliud vel aliter facẽ ꝙ͂ acceperit in mãdatis.Non enim habet ignis in poteſtate vt aliꝰ ab vſtiõe caueat·vel vt vnꝙ͂ aliquid magis aut minus calefaciat:ſed totum facit ex neceſſitate· nihil autem ex propria libertate · vtrunqꝫ autem ab altiſſimo deo longe eſt in vltimo elongatiõis:⁊ propter hec omnia bona que ab ipſo ſunt nobꝭ dona ſũt largitatis ipſiꝰ ⁊ beneficia pietatis· D Ampliꝰ ſi fides eſſet naturalis eadeꝫ eſſet apud omnes·In eis enim qui naturaliter fiunt in hominibus: non inuenitur diuerſitas aut contrarietas: quia ergo tanta eſt contra fidem diſceſſio·tanta contra ipſam contradictio:tanta demum eius ignorantia pene in maiori parte hominum: quia necdum venit ad largiſſimaꝫ barbarie occidentalem ⁊ aquilonarem regionem cum in natã non poſſit eſſe vacuum.Manifeſtum eſt ipſam eſſe ex diuine bonitatis electione:gratuitumqꝫ ipſius donum.Hec ibi ⁊ alia multa ſunt ridicula heretice ſtulticie: quibus magis ridenda ⁊ irridenda apparent hereticorum deliramenta:ꝙ͂ꝫ diſputatiõe digna:cum in eis que dei ſunt omnino animales ſint·⁊ ꝓpter hoc animaliter ſeu brutaliter de ipſis latrãtes: ⁊ more puerorũ inſanientium:aut egrorum aliena loquẽtium·inſtarqꝫ cecorũ vt diximꝰ:de his que nunꝙ͂ viderũt fantaſias ſuas delirantiũ. His autem ita ſe habentibus tranſitum ad ad alia faciamus.·.

¶Pars tercia.

Oſtꝙ͂ autem patefecimꝰ fidem hanc de qua hic agimus: primam eſſe atqꝫ initialem·⁊ quaſi capitalem dei altiſſimi honorificentiam:que caput mentis humane id eſt intellectum adorandum venerandum ipſum primũ incuruat ⁊ inclinat Sequitur poſt hec:vt declaremus ipſam ex neceſſitate eſſe vnã in qua neceſſe ẽ vniri & adunari populũ dei: qui vere eſt ꝑplꝭ ſanctorũ:cetuſqꝫ ſeu congregatio ipm vera religione colentiũ

¶ Fides eſt vna ſm ſuā eſſentiā ¶ Capi· I A

Icamus ergo fides vno modo vna ē in ſeipſa ſecundū eſſentiam ſuam · Non enim oportet vt diuerſificetur propter diuerſitatem creditorum: Aut vt multiplicetur ꝓpter multitudinem eorundem : & hoc eſt qm̄ non eſt ab ipſis ;ſed eſt diuine beneficientie gratuitum donum:& gratia infuſa deſuper·Si autē eſſet a rebus neceſſario ſequeretur diſpoſitiones rerum in vnitate ⁊ multitudine·in ydemptitate ac diuerſitate·Queadmodum enim ariſmetrica & geometria diuerſe ſcientie ſunt propter diuerſitatem rerum de quibꝫ ſunt & etiam a quibus ſunt velut vmbre & ymagines eorum relucentes in ſpeculo intellectus.Sic neceſſario fides ac credulitates que a rebus ſunt·aut eedem ſunt pro ydemptitate earum· aut diuerſe pro diuerſitate ipſarum. Vis aūt intellectiua qm̄ non eſt ab ipſis rebus · ſed ab vno datore omnium bonorum deo:non rerum diſpoſitiones ſequitur vt diximus ·ſed imitat̄ vnitatem cauſe ſue manens vna ⁊ eadem:non obſiſtente diuerſitate vel multitudine intelligibiliū·Sic & fides ab vno & eodem datore deo vna perſiſtit & eadem non impediente diuerſitate creditorum ſeu credibilium. Euidens autem exemplum eſt in virtute viſibilium & viſionibus:que ex eadē cauſa vna eſt qua fides & vis intellectiua·ille vero diuerſe & multe·propter eandem cauſam qua ariſmetrica & geometria.Fides aūt cautionaria ſeu pignoraria hec eſt ex probationibꝫ ſuaſa vel extorta·qm̄ a rebus eſt·queadmodum ſcientie mortue ſequit̄ diſpoſitionū rerum·& propter hoc diuerſificatur atqꝫ multiplicatur ſm diuerſitatem ⁊ multitudinem rerum·de quibus & a quibus eſt· B Secundo modo fides vna eſt vnitate creditorum:non qua illa vnum ſint:ſed quia vna ſunt·id eſt cōmunia in credentibus · Communiter aūt credendorū que vſualiter fidei articuli vocātur. Alia vero velut radices primitiue & fundamenta primaria·Alia ſunt ſicut rami deſcendentes ab huiuſmodi radicibus : ⁊ ſicut partes diuiſionis :quas tibi nominabimus ⁊ numerabimus in ſequentibus.Qui aūt certus ſit numerus huiuſmodi credendorum & determinatꝰ inde manifeſtum eſt·Si enim infinita ſunt·infinitas aūt intrāſibilis eſt·intranſibilis ingm̄ non ſolum doctrina ⁊ eruditōe· ſed etiam cogitatu ⁊ narratione :quare neqꝫ ad narrationem huiuſmodi credendorum ſufficient doctores : neqꝫ ad auditū vel cogitationū eorum ſufficient homines·multo minus ergo ad credulitatē ipſorum vel cognitionem·impoſſibile eſt igit̄

hominibus credulitas eorum & cognitio. Credulitatem autẽ talium neceſſe eſt eſſe fundamentum religionis vt poſitum ẽ: Manifeſte ergo conſequens eſt religionem non poſſe fundari cum corda hominum in quibꝰ ſola fundata ẽ religio. creduli tatem infinitam ſiue infinitorum portare nõ poſſit: ⁊ ipſi operarij ſeu fundatores. hoc eſt doctores ⁊ predicatores fundamen tum huiuſmodi in docendo: nec predicando: nec etiam ſimpli citer narrando preiacere nullo modo ſufficiant: neqꝫ enim vir tus humana ad enarrationem infinitorum ſufficit: ⁊ etiam ſi ſufficeret tempus hoc faciendi in vita iſta nõ haberent. cum tẽ pus vite ipſius finitum ſit. infinitis aũt narrationibus quan tumcunqꝫ breuibus temporibus finitum ſufficere non poſſit eo ꝙ nullum infinitum infinita tanta quacunqꝫ quãtitate de monſtrata continere poſſit. Si enim poſuimus a omnium cre dendorũ & cogitatũ ⁊ narratu breuiſſimum quale eſt deum eſſe cum oĩm aliorum credendorum narrationes tempore aut equales aut maiores ſint ex neceſſitate: neceſſario tempus nar rationis oĩm aliorum ſimul ſumptum continebit infinita tp̄a tanta vel maiora quantum eſt tempus narrationis a. nec bre uioris narrationis inueniri poſſit a. cum nec breuior articulus ſit ipſo. ponere igitur infinita eſſe huiuſmodi de quibꝰ loqui mur. eſt deſtruere credulitatem eorum que ſunt fundamentũ religionis: ⁊ propter hoc religionem infundabilẽ facere. quaẽ ⁊ inedificabile. Hoc ergo eſt deſtruere religionem & auferre etiam de medio doctrinam ac predicationem fidei atqꝫ religi onis. Reſtat ergo finita eſſe & determinata numero credenda iſta fundamentalia ſeu fundatoria religionis. ſicut aũt religio vna ⁊ communis debet eſſe in hominibus. ſic neceſſario vnũ ⁊ idem ipſius fundamentum oportet eſſe religionem qua de us colatur. eiqꝫ placeatur ⁊ ſeruiatur ab omnibus. Ꝙ enim religionem vnam oporteat eſſe in omnibus que religionis ca paces ſunt. inde manifeſtum eſt: quia nec debitaꝫ vite honeſta tem cuiqꝫ non obſeruare licitum eſt: nec debitum deo cultum eidem non impedire quicunqꝫ ergo ſit deo debitꝰ cultus. illũ neceſſe eſt eidem ab omnibus exhiberi. Non enim debitus eſt ei ſimpliciter cultus qui poteſt ei ſine iniuria ſubtrahi vel de negari. Iuxta hanc viam manifeſtum eſt non eſſe debitaꝫ vite honeſtatem: que ſine dehoneſtatione ac deturpatione vite non poteſt ſeruari: ſeruari inqm̄ ab eo qui capax eſt huius ho neſtatis. Eodem modo intelligimus de cultu. Nam procul dubio non eſt ſimpliciter deo debitus. quia quicunqꝫ ydone us eſt ad ipſum colendum poteſt eiſdem abſqꝫ iniuria dene gari. quare neceſſe eſt vnã atqꝫ communẽ fidem fundamentũ

religionis eſſe in omnibus·cum nulli vnq̄m licitum eſſe poſſit
aliam vitam agere niſi qua deus colitur· qua ei placetur atq;
ſeruitur·vnam igitur eſſe catholicam fidem:quam latine vni/
uerſalem dicim⁹:ſeu communem·neceſſe eſt:vnius atq; com=
munis religionis fundamentum:·

¶Sic ē vna ōnis rerū veritas:ita ꝛ credulitas· A ¶Ca·II·

Mplius vna eſt veritas rerum diuinalium:quam nō
diuerſificat·nec variat in aliquo diuerſitas hominum
vel varietas eoꝝ· non enim pendet vllo modo veritas
rerum huiuſmodi: ex hominibus vel diſpoſitionibus eorum·
vnius autem veritat⁹:vna eſt apprehenſio·quantum ad appre
henſum:vel ad apprehenſa· licet modi apprehenſionum varij·
quia ergo iſta apprehenſio propter cauſas quaſ diximus:non
poteſt eſſe in ꝯmunitate hominum: niſi credulitas.Neceſſario
vna:id eſt communis eſt credulitas huiuſmodi rerum:ſiqua
eſt in communitate hominum· ſicut & communis eſt veritas:
credulitas inq̄m: ſuper quam tanq̄ fundamentum edificand⁹
ſit diuin⁹ cultus:veraq; religio·ſuper errores enim: nec ſincer⁹
cultus:nec vera religio: nullo modo fundari poteſt·cum error
ꝑtinax in rebus huiuſmodi blaſphemia ſit:ꝛ impietas adūſus
deum.Eadē via eſt oſtendere·quia communis eſt vera credu/
litas de rebus alijs:q̄ diuinalibꝫ.Eadem enim eſt veritas rerū
aliarum ad religionem pertinentium . Eadem inquam apud
omnes·ꝛ ideo ꝯmunis. De communi autem veritate:omnibꝫ
communis eſt vna credulitas·quare manifeſtum eſt de rebus
ad religionem pertinentibus.Sicut ꝯmunis eſt & eadē apud
omnes veritas:ſic ꝯmunem eſſe veram credulitatem ꝛ eandem
apud omnes. Quicquid autē contra veram credulitatem eſt:
error eſt·conſequēs igitur eſt·omnem credulitatem que com=
muni fidei contradicit:errorem eſſe impietatis·Et ideo gladio
et igne exterminandam. B Amplius.Creator vnus eſt per
omnem modum in ſe·& quicquid eſt in ſeipſo creator:equali
ter eſt omnibus·quicquid igitur debet ei propter ſe:debetur ei
ab omnibus communiter.Similiter ipſa natura hominum:ea
dem eſt apud omnes· quare quecunq; debentur creatori ratio
ne nature : vel naturalium : & iure naturali · communiter ei
debentur ab omnibus: ꝛ apud omnes.Quare cultus qui deo
debetur naturaliter·ſiue ꝓpter ſuipſius excellentiam:ſiue pro=
pter donorū ꝛ beneficiorum naturalium obligatiōes· ꝯmunis
eſt ꝛ idem apud omnes· q̄re & credulitas vera de rebus omni
bus ad cultum eius: & religionem veram pertinentibus: que

fundamentum eſt cultuꝫ ei debiti ⁊ vere religionis: eadem eſt quantum ad credita apud omēs·licet in modo credendi poſſit eſſe multa varietas· C Diligenter igitur intende in duas iſtas radices·quia iſte euidenter cogunt vnam eſſe veram fideꝫ: et communem apud omnes·videlicet communitas ⁊ idempti tas veritatis credende:cōmunitas & idemptitas debiti ⁊ obli= gationis·quibus vniuerſitas hominum : ſeu ſpecies humana: obligata eſt:ad colendū & honorificandum creatorem.Et attē de·quia ſicut nulli phas eſt debitum cultus ⁊ honorificētiam creatori non ſoluere:vel negare·ita nec veritati eius·vel rerum ad ipſum pertinentium:ſiue ad cultum ⁊ honorificentiam eiꝰ ꝑtinaciter reſiſtere vel contradicere:quod eſt corde vel ore ne= gare.Et ideo nec a ꝯmuni fide:nec a communi cultu licet vnq̄ꝫ recedere:vel pertinaciter aberrare ⁊c̄:·

¶ Q̄ꝫ oēs tenent̄ ad credulitatē articloꝝ fidei· A ¶ Ca· ·III·

Amplius.Aut aliqua ſunt ſeruitia que commūiter ex/ hibenda ſunt deo ab omnibus hominibus:⁊ quibus ſine dei blaſphemia contradici nō poteſt·aut non. Q̄ꝫ ſi dixerit nulla eſſe huiuſmōi: ſequitur ergo nihil certum hr̄e veram religionem ſiue diuinum cultum.Si enim abſqꝫ dei cō tumelia vel blaſphemia poteſt dici·vel ab vno:vel a pluribus: de quocunqꝫ ſeruitio:q̄ꝫ ipm deo altiſſimo non debetur·ſic ꝓ/ culdubio nullum ei ſeruitium pro certo debet̄. Si enim aliqd̄ ei deberet̄:de illo non poſſet dici ſine dei iniuria: q̄ꝫ ipſi non de/ beatur:pro certo nullum ei debetur. Amplius·certum eſt eui denter·quia ſine dei iniuria ⁊ contumelia. nō poſſet dici deum non eſſe adorandum:venerandum:orandum: ⁊ multa ſunt his ſimilia· quare manifeſtum eſt aliqua eſſe ſeruitia que neceſſe habent omēs homines deo recognoſcere:⁊ confiteri ⁊ exhibere Hec autem infinita eſſe non poſſunt·qui ſi infinita eſſent:non ſolum exhiberi non poſſent·ſed nec etiam cognoſci:nec nume rari: nec nominari . Certa igitur & numero determinata ſunt ſeruitia:que ꝯmunitaſ hominum ex neceſſitate tenet̄ impendē deo altiſſimo. Horum autem aggregatio: eſt integer diuinus cultus:qui ſcilicet ex neceſſitate deo exhibendus eſt·hoc eſt vo luntate ſuꝑerogata· quia vero diuini cultus operibus ſubeſſe certas ⁊ determinatas apprehenſiones : ex quibus procedant affectiones:que cauſe ſunt operum diuini cultꝰ. He aūt appre henſiones non poſſunt eſſe certitudineſ in communitate hoīm propter breuitatē intellectus ⁊ paucitatē exercitationis vulgi omniqꝫ ſimpliciū ⁊ indoctorum· q̄re ex neceſſitate huiuſmodi

apprehenſiones non ſunt niſi credulitates: aut opiniones· que quoniam prima ſunt ī eis que ad veram religionem & cultū diuinum pertinent. neceſſario principia ⁊ fundamenta & radices illius ſunt. Manifeſtum eſt igiť certas eſſe & dẽminatas apprehenſiones de his que pertinent ad fundamentū religiōis quare & ipſa apprehenſa. Hec autem ſunt que vocantur articuli fidei· B Ex quo conſequens eſt: vt quemadmodum null⁹ hominum exceptus eſt niſi priuilegio dyabolico quod eſt pertinax in deum blaſphemialis contumelia eiuſdemq; ſacrilega negacio· exceptus inquam ab operationibus deo ex neceſſitate debitis: ſic nec ab affectionibus ex quibus debent eſſe huiuſmodi operationes : quare nec ab apprehenſionibus que cauſant huiuſmodi affectiones. Hee autem ſunt ſicut iam diximus apprehenſiōes radicales articulorum fidei: quibꝯ nullū hominem credulitatis capacem dixim⁹ eſſe exceptum· imo ad illam eodem iure teneri omnes & ſingulos: qui teneñ ad ipaꝫ regiōem atq; diuinum cultum . Et hi articuli ſunt fides que crediť: & fides catholica & vniūſalis· in q̄ ſola neceſſe eſt adunari & vniri omnes qui ad veram religionem eliguntur ⁊ aggregantur populo ſanctorum. C Amplius nulli dubiuꝫ eſt neminem deum colere niſi qui credit ipſum eſſe: & niſi qui credit de illo ea propter que merito debetur idem cultus queꝫ ipſe impedit· verbi gratia nemo exhibet ei ſeruitutis officium niſi qui credit ip̄m eſſe deum : ſimiliter nemo impedit ei latrie cultum: niſi qui credit ipſum deum eſſe. Et iuxta hunc moduꝫ nemo orat vel adorat illum: niſi qui ſe credit euꝫ poſſe & velle iuuare: & ita ſe habet ꝑ ſingulas partes diuini cultus ac vere religionis Quare manifeſtū eſt cum generaliter ꝓporcionales ſint partes ſimiles et eorum totum: quia integre diuinocultui hoc eſt ex omnibus deo ſeruicijs aggregato· ſubeſt ex neceſſitate fides integra: hoc eſt exomnibus articulis aggregata :ad quorum credulitatem neceſſario tenentur· quicūq; ad exhibitionem diuinicultus & vere religionis obligati ſunt· D Amplius nullo ꝑuilegio exc̄ptus ē intellect⁹ human⁹ a cultu diuino ⁊ vera religione: quemadmodum nec affectus· ea autē que ſunt in intellectu hoc eſt apprehenſiones ·ꝑncipia ſunt & cauſe et fundamenta eorum que ſunt in affectu: hoc eſt affectionum. que cauſe ſunt ⁊ principia atq; fundamenta eorū que ſunt in effectu id eſt oꝑatione: quare religio intellectus cauſa eſt ⁊ principium atq; fundamentū ſequētis atq; diuinicult⁹. Religio autem intellectus non poteſt eſſe niſi apprehenſio· apprehenſio vero in communitate hominum non poteſt eſſe certitudo· propter cauſas q̄s dixim⁹: quare credulitas neceſſario

religio eſt intellectus · neceſſe autem eſt omnem intellectum capacem religionis· religioſum eſſe:ne et deo iniurietur· & ne penam tante iniurie debitam merito incurrat.In omni ergo intellectu humano neceſſe eſt fundari credulitatem religioſam· intellectu inquam qui capax eſt illius: quod dicim9 propter paruulos ꝛ alios impeditos.Hec aũt credulitas q̄a neceſſario eſt de his que pariunt in nobis affectiones·ex quib9 ſunt opaciones diuini cultus·neceſſario eſt de rebus quas diximus & de ſimilibus. Manifeſtum igitur eſt iam ex his vnam eſſe ex neceſſitate credulitatem religioſam et fundamentum religiõis & hanc eſſe de certis articulis et determinatis:in qua neceſſe ē vniri veros religioſos veroſq3 dei cultores·que vnitio non eſt niſi concordia conſenſionis & credulitatis in huiuſmodi articulis. E Amplius om̃e obſequium quod deo impēditur aut impenditur ei ex amore recto et primo qui eſt gratuitus: aut impenditur ei ex timore· reuerentie ſcilicet vel offenſe:aut ex timore pene:aut ex pudore: aut ex ſpe venie vel gratie: aut ſpe remunerationis.Qꝫ ſi ex amore.credit ergo eſſe bonum qui ei hoc impendit:nulli enim impenditur rectus amor et purus ab aliquo niſi credat illum eſſe bonum:ꝛ merito bonitat9 ſue huiuſmodi amore eſſe dignum · ſeruicium autem et cultus q̄ intuitu ſolo bonitatis ipſius eidem impenduntur· ſinceriſſimi ſunt atq3 rectiſſimi;ꝛ in eis precipuus atq3 potiſſimus amor ē· Amor inquam actus·amor eſt habitus ſeu virtus:nõ proprie ſeruicium:ſed magis ſeruitus·licet ſpontanea et iocunda atq3 imo libera dicenda eſt:arma enim non dicimus armorum ſeruicium.Ex quo quecunq3 procedunt obſequia ſola gratuita ſunt·hoc eſt gratis impēſa:ꝛ propter hoc ſola ipſa ſunt dona et munera:quare ſola merito remuneratiõe digna·imo qꝫ amplius eſt ĩ eis ſolis locum habet remuneratio·quoniam remuneratio nõ dicitur niſi reſpectu muneris ſeu munerationis precedentis.Remuneratio eni3 eſt reflexa ſeu reciproca in premuneratorem ſeu predonatorem muneratio·qui enim non gratis ſed ex neceſſitate quacunq3 ſeruit erit:ſiue ex timore:ſiue ex pudore:ſiue ſpe mercedis:ſiue ex pacto:ſiue ex quocunq3 alio debito·non proprie remunerandus dicendus eſt:ſed magis ei ꝑcium opere ſue elocate·reddendũ: ſed de hoc alibi lacius diximus· F Reuertamur ergo ꝛ dicamus:q̄a quib9 innotuit diuina bonitas: que eſt bonitas in vltimo per omnem modu3 redundantiſſima ꝛ implens omnia ſecula pro mõ capacitatis et poſſibilitatis eorum:vel potius perfundens ea perfuſiõe largiſſimã quantum in ipſa eſt·colunt eam amore puro et recto et ꝑpter hoc colũt eam gratis.Non enim cupiũt abundantiã

inundationis ipſi⁹: ſed velut perfuſionē tenuem & aſperſionē
per modicam illius. Et vt ad vnū dicamus: totum qđ apparet
bonitatis in vniuerſa ſerie ſeculoꝝ: ⁊ in ipſo vniuerſo a ſūmo
vſq; deorſum: non eſt niſi veſtigium tenuiſſime impreſſionis·
& velut vmbra diſſimilatione apparitiōis abiſſalis bonitatis
illius: quam nec aſſequitur loquela· nec attingit cogitatus· q̄a
igitur nō eſt poſſibile vt ametur deus amore iſto ſinceriſſimo
atq; gratuito: niſi ⁊ cognoſcat̄ aut credatur eſſe bon⁹· ⁊ amore
huius dignus. Manifeſtum eſt ꝙ ex amore huiuſmodi non
poteſt coli deus abſq; apprehenſiōe vel certitudinis vel credu/
litatis: qua apprehendatur eius bonitas. Et ad hunc modum
ſe habet de timore ⁊ pudore & de aliꝭs affectionibus quas no/
minauimus: videlicet quia neceſſe eſt vnāquanq; huiuſmodi
affectionum habere apprehenſionē preambulā ⁊ apprehenſu;
certū: verbi gratia· quemadmodū amor quem nominauimus
habet apprehenſionē bonitatis preambulā ⁊ bonitatem appre=
henſam. Sic timor habeat apprehenſionē potentie vel iuſticie:
⁊ potentiā ⁊ iuſticiam apprehenſam: & ita de aliꝭs. G Ma
nifeſtum igitur eſt ex hiꝭ: ꝙ cultui diuino integro exteriori q̄
eſt vniuerſitas ſeruicioꝝ: q̄bus deus colit̄ ſubeſt ex neceſſitate
certus numerus affectionum cauſantium cultum exteriorem
operum: ⁊ huic ſubeſt certus numerus apprehenſionum qui
ſunt fides qua credit̄. Amplius: quoꝝ negatio ⁊ incredulitas
ſupplicijs vindicanda ⁊ exterminanda eſt· eorum credulitas &
conceſſio neceſſaria eſt neceſſitate debiti ſiue obligationis ⁊ ſa
lutis. Vnde quęq; qui capax eſt teneri ad huiuſmodi creduli
tatem ⁊ non aliter eidem eſſe ſalutem ab eterna perditione: q̄a
ibi certa ⁊ determinata numero ſunt· quorum incredulitas &
negatio vindicanda eſt vt diximus: ⁊ hec ꝓpe vocant̄ articuli
fidei. Ad quorum ſcꝫ credulitatem nos artat duplex neceſſitas
vt dixim⁹: neceſſe eſt certos ⁊ determinatos eſſe articulos fidei
alioquin ipſa fides impoſſibilis eſſet: hoc ē inenarrabilis indo/
cibilis incredibilis inconceſſibilis: ⁊ propter hoc nulla· quare
⁊ religio nulla: que eſt totus decor & totū decus humane vite
& totum meritū remuneratiōis ⁊ felicitatis eterne: ⁊ quonia;
ab huiuſmodi articulorum credulitate vel eorum conceſſione
nulli hoīm eſt excuſatio: niſi ſola incapacitas vt iam dixim⁹·
neceſſe eſt vniuerſitatem hominum adunari ⁊ vniri cōcordia
& conſenſione credulitatis in huiuſmodi articulorum: fidem
pertinaciāq; incredulitatis ⁊ negationis eorum gladio ⁊ igne
eſſe exterminandam ⁊ tollendam de medio hominum: tanq̄
execrabiliſſimam dei contumeliam: tanq̄ radicem perditionis
peſtilentiſſimam. H Si quis autem dixerit· quia non eſt

neceſſe aliqua communiter ab omnibus credi : ſed quedaꝫ ab
vno: ꝛ quedã ab alio· & ſic de ceteris. Error iſte duobꝰ modis
deſtruitur· primũ: quia iſtam diuerſitatem neceſſe eſt eſſe ꝓpt
diuerſitatem hominum: qua alij quorundam capaces ſunt· q̃
alij propter breuitatem intellectus: aut paucitatem experiẽtie·
aut defectum doctrine aut grẽ non capiunt explicite ꝛ expſſe
hoc eſt in particulari. Sed nullum eſt genus hominum adeo
tardum intellectu naturaliter: quod ſaltem vniuerſali ꝛ gñali
credulitate quicquid ad fundamentũ vere religionis pertinet
capere non poſſit. Nullus enim eſt omnino in omnibus qui
credere non poſſit verum eſſe: quicq̃d ſacris eloquijs cont·net·
quicquid ſpiritu dei edocti homines docuerunt credendũ eſſe
ſimiliter verum eſſe de deo quicquid ꝓphete de ipſo crediderũt
vel prophetiſauerunt· nullus eſt adeo pertinax qui non facile
acquieſcat nec credat imitandos eſſe ſanctos ꝛ ſapiẽtes viros
imitandos inquam ꝛ fide & moribus: et qui non facile credat
huiuſmodi homines videre vel noſcere veritatem: q̃ꝫ indocti ꝛ
vulgares hoĩes nõdum capere ſufficiunt· qui autem ſic credat·
credit vtiqꝫ credulitate vniuerſali quicquid credendum eſt in
talibus · Nulli enim licet credere ſacris eloquijs mendacium
aliquod contineri: vel ſpiritu dei doctos homines mentitos in
aliq̃ fuiſſe: ſimiliter nulli licet credere ſanctos ꝛ ſapiẽtes viros
in fide aut moribus errare. Manifeſtum eſt igitur quia in vni
uerſali credulitate credendorum ſalutarium vnienda eſt com
munitas hominum. Et quia nullꝰ eſt excuſatus quantacũqꝫ
tarditate intellectus ab huiuſmodi credulitate· Paruulos enĩ
ꝛ minores ac furioſos ceteriſqꝫ huiuſmodi paſſionibꝰ aliena-
tos: ſeu mente captos· tanq̃ꝫ naturali paſſibilitate prohibitos·
ꝛ oĩno inducibiles: dum his paſſionibus laborãt· nec credere
nec diſcredere aliquid teneri dicimus. I Attende igitur &
vide quia vir ſapiens qui nouit vel credit in particulari ſiue
explicite vel expreſſe ſingulos fidei articulos: ꝛ vir ſimplex q̃
paucos credit in ſingulari & expreſſe: ſed tamen credit verũ
eſſe in vniuerſali quicq̃d ille vir ſapiens credit· in huiuſmodi
nõ eſt diuerſus in fide ab ipſo ſapiẽte: ꝛ forte ſi in modo fidei·
eadem enĩ credit licet alio modo· credit enim oĩa in vniuerſali
que vir ille ſapiens credit in particulari ſiue ſingulari. Nũq̃
autem dictum vel cogitatum fuit alterius fidei eſſe maiores: ꝛ
alterius fidei minores ſeu ſubditos credentes ipſis: q̃ꝫuis maio
res & verius ꝛ certius· et etiam in particulari ſingula crederẽt
credendorum. Minores vero pauca in ſingulari· illaqꝫ etiam
minus firmiter minuſqꝫ lucide vna enim dicit̃ fides hebreorũ
non obſtante diuerſitate q̃ diximus· vna fides Moyſi et ꝓpli

cui dux ipſe prepoſitus erat·quia igitur ſicut iam oſtendimꝰ in vniuerſali ſaltem neceſſe habet credere cõmunitas hoim· principia ſeu fundamenta religionis:⁊ hoc abſq; contradicti one ⁊ repugnantia:nec obſiſtit diuerſitas credulitatis in par ticulari ·qua alius alium articulum in particulari capit ;aut etiam eundem articulum·alius magis·alius minus· Manife= ſtum eſt vnam debere eſſe ex neceſſitate in mundo iſto catho/ licam ſe communem fidem·certorum ⁊ determinatorum arti= culorum·Et quia illa duas habet differentias credendi vt di= ximus·ſiue duos modos ·quos nominamꝰ vniuerſalem ſiue in vniuerſali·⁊ particularem ſiue in particulari · Manifeſtũ eſt ex antecedentibus ·quia duobus modis ab ea receditur ⁊ aberrat̃·videlicet quando vel non creditur vlla eſſe fides quã tenet ⁊ predicat eccleſia ſanctorũ·vel eccleſia vel aliquid tale· quando inqm̃ vel pertinaciter nõ creditur vel pertinaciter diſ creditur·aut eiꝰ contrarium creditur.Eodem modo ⁊ in par ticulari videlicet ſi vni ex articulis non acquieſcit̃ pertinaciter vel ſi ab eo taliter diſſentit̃ K ·Scd̃us aũt modus deſtructi onis iſtius erroris eſt ·quia affectiones ex quibus ſunt opera religionis·que ſupra nominauimꝰ ·communes ſunt omni ge neri hominum videlicet gratitudo.Spes ⁊ timor ⁊ alia·quare apprehenſiones ex quibꝰ ſunt huiuſmodi affectiones neceſſa= rio cõmunes ſunt omni generi hoĩm : Manifeſtũ ẽ gᵒ ea que pertinent ad fundamentũ religionis cõmunia eſſe oĩm generi hoĩm:⁊ nullo mõ eſſe diſſimilia·niſi ſic̃ diximꝰ·videlicet vt in ſolo mõ credendi ·non autẽ increditis ſit apud eos diuerſitas nullo aũt mõ in ipſis creditis repugnantia vel contrarietas · Manifeſtũ aũt fiet q̄ diximꝰ ·ſi ea ipſa de quibꝰ fides a nobis exigitur nominemus ⁊ numeremus

¶ Contra eos qui negant deum·

¶ Pars· IIII· ¶ Capi ·I· A

Iicamus ergo Primũ ⁊ radicale fundamentum omniũ credendorũ eſt eſſe ipſius creatoris·Hoc enim ſublato nihil de eo cred̃ ẽ ꝓpter q̃d cultus ei honorificentia impendat̃ ·nullus ei honor·nul lus timor·nullus amor impendet̃ .⁊ iterũ nulla ſpes erit in eũ nulla de eo fiducia·q̃re nec curabit̃ nec cogitabit̃ · Et ideo ma nifeſtum eſt incredulitatem huiuſmodi articuli atq; negatio nem ipſius· deſtructionem eſſe diuini cultus·⁊ ſubuerſionem tocius religioſi edificij· Manifeſtum eſt igitur hunc articulũ binariũ ⁊ fundamentum atq; caput fidei quo creditur vt ſe= pe diximus·⁊ nulli hoĩm poſſe eſſe excuſationem de eius per=

tinaci incredulitate aut negatione · preter illas excuſationes quas dixim⁹· B Poſt hunc ſequit̃ ꝯſequenter vnitas ſiue ſolitudo ipſius in nobilitate & ſuper eminentia ſua · ꝓpter q̇d conſequenter credendum eſt ipſum creatorem eſſe vnum ſolū· & non eſſe ei eregione vel ex aduerſo alium ·nullo modorum ſed ipſum ſolum eſſe ⁊ principium ⁊ principem vniuerſitatis ac ſingularis ⁊ vniuerſalis imperij dñm omniū ſeculorū C Contra quē articulum blaſphemāt nephandiſſimi manichei qui duo principia·videlicet bonorum ⁊ malorum: & duos ꝓn cipes·videlicet lucis & tenebrarum: & duos principatus ſiue regna·duaſqꝫ vniuerſitates ſiue duo vniuerſa bonorum ⁊ malorum·inſaniſſima pertinacia menciuntur. Non intelligentes quia vtrunqꝫ principium ⁊ principem · ⁊ etiam regnum ſeu principatum ponit · ⁊ conſequenter nullum·quod nos alibi declarauimus·Impoſſibile enim eſt eſſe principium abſolute cui eſt coequum aliud · omnis enim multitudo ante ſe habet vnitatem :& omnia contraria neceſſario habent ante ſe illud aliud·quare impoſſibile eſt vt aliquod eorum ſit principium abſolute · per principium enim abſolute et primum intelligi oportet: non enim eſt principium niſi ſit primum·omni enim primo non eſt principium aliud : et omni non principio eſt primum aliud·hunc aūt errorem ⁊ alios huiuſmodi ſufficiē/ter ⁊ irrefragabiliter deſtruximus·in eo tractatu·quē de principio ⁊ principe vniuerſitatis ſcripſimus·Vbi euidenter oñdimus ·quia principium vniuerſitatis eſt Deus vnus verus et ſolus·quantaqꝫ dei contumelia ſit deum partiri per medium· ⁊ aufferre ei medietatem ſui eſſe·regniqꝫ ſui ⁊ glorie ⁊ attribure eam inimico eius capitali et implacabili per omnem modū quod proculdubio faciunt dementiſſimi manichei · quorum perfidiam deo adiuuante euidenti ⁊ apropriata diſtinctione· ſubruere ꝓponimus:vt de eius inſania etiam vulgaribus ⁊ in doctis hominibus ſatiſfaciam D Tercio loco ſequitur trinitas perſonarum·ſiue perſonalitas ·quā qui non credit·cū non minus ſit vnaqueqꝫ perſonarum q̄m ipſa eſſentia diuina nullo modorū·ſupra omnem eſtimationem detrahit glorie diuine·ſpecialiter aūt ipſi perſone quam eſſe negat·ymo in vnaquaqꝫ ſupra modū blaſphemat contra ſingulas·Et ſicut ſup̄ diximus nullum veſtigiū illi relinquit diuini cultus·aut honoris·cum eodem iure per omnia & debito equali·diuinus honor·ſacerqꝫ cultus·omnibus illis debeatur perſonis E Amplius ſiquis negaret deum creaſſe mundum · non eſt mirum quin intolerabiliter blaſphemaret·Cum igitur incompabilit̄ maior ſit gloria patris et filij et ipſe filius maior eſt mundo :A

parte incomparabiliter nequis blaſphemat ·qui negat deum patrem genuiſſe filium: q̄ʒ qui negat eum creaſſe mundū. Et ad hunc modum eſt oſtēdere de ſpiritu ſancto. qui eſt primū et maximum donū largitatis ipſius. Ex quo apparet: q̄ntum diuine largitati detrahit: qui huiuſmodi donum ex eo non p̄cedere contendit. Cum enim omnia alia dona comparatione iſtius nihil ſint manifeſtum eſt: q̄ quaſi nihil diuine largitati relinquit comparatione eius· que ei detrahit. qui donum ſpiritusſancti eideʒ auferri preſumit. Amplius. Si auſus fuit dicē Propheta: delectaſti me domine in factura tua· quanto fortius dicere potuit: delectaſti me dn̄e in genitura tua: propter filium et in proceſſura tua: propter ſpiritumſanctum. Ex his igitur manifeſtum eſt tibi: quia quecunqʒ de deo credenda ſunt· aut ſunt per ſe: hoc eſt ſine reſpectu ⁊ comparatione rerum aliarū· aut non. Et ſi fuerint per ſe partim ſunt ea q̄ diximus: partim conſequentia ex his. Et conſequentia vocamus: eternitatem: ſimplicitatem: impaſſibilitatem: equalitatem perſonaꝝ inuicē· et multa alia· que poſito fundamento trinitatis: ex neceſſitate ſequuntur perſonas· vel aliquam: vel aliquas ex ipſis· ſicut in prenotato tractatu declarauimus. F Verum tria hec que premiſimus: principalia ſunt ⁊ radices ac fundamenta aliarū· Videlicet eſſe ipſius creatoris: ⁊ ſolitudo ſeu ſingularitas nobilitatis: ac ſupereminentie ſue· deinde trinitas perſonalis. Et attende diligenter· quia aliq̄tinus incepimus aperire tibi viam qua cognoſcitur: que neceſſitas nos vrgeat ⁊ arcet ad credendam trinitatem perſonarum:·

Radicalia diuini cultus. Et primo de potentia: ⁊ que oriunt ex ea in nobis· Ca. ·II·

Orum vero que de deo ſunt: ⁊ de ipſo dicuntur reſpectu ⁊ comparatione aliarū regularum. A Prima et radicalia ſunt pontentia: ⁊ ſapientia: ⁊ bonitas ſiue benignitas· omnia enim alia conſequentia horū ſunt· ſicut q̄d dicitur pater: quod dicitur nutritius: quod dicitur ſaluator: quod dicitur lux vel dux hominum: ⁊ ſimilia. Et ex apprehenſione vel credulitate horū: oriuntur omnes partes diuini cultus Ex altitudine enim ⁊ ſupereminentia potentie: oriuntur adoratio ⁊ veneratio· atqʒ purificatio: ⁊ ſacrificatio. B Eſt adoratio nihil aliud: q̄ ſubiectio interior vel exterior. ⁊ humiliatio noſtra: quia nos eidem ſubeſſe ad ſaluandū ⁊ perdendum iure pleniſſimo ac ſingulariſſimo recognoſcimus· q̄les ſunt· incuruatio: genuflexio: ⁊ proſtratio. Ad hec etiā pertinent orationes

et petiones: ⁊ deprecationes· que ad iſta per ſe referuntur: & q̄ de dominantiſſima eius potentia ⁊ noſtra ſubiectione ad ipm̄ expreſſam faciunt intentionem. Huiuſmodi enim oratōnes ⁊ adorationes ſunt. Veneratio vero eſt: qua ad ipſum non niſi loti: non niſi purificati: nec ad eius ſeruitiū accedere preſumimus· & ipſa etiam loca ſacra intrare: ⁊ ſacra contractare alias· hoc eſt ſine preparatione huiuſmodi declinamus. Pertinet ad hanc venerationem locorum ſanctorum: mūdicia: decor: & magnificentia. Similiter vaſorum ⁊ ornamentorum: eodem modo et luminarium apparatus: pertinet ad eandem cantatiōum celebritas: pſalmodiarumq; ⁊ lectiōum: necnon & tota feſtiuitas muſicalis. Purificatio v̄o ⁊ ſacrificatio: adeo note ſunt: vt preſenti declaratione non egeant. C Ex ſapientia vero qua omnia ad nudum luci diſſime intuetur deus· oriuntur timor ⁊ pudor: ⁊ ſollicitudines quas timor & pudor patiuntur· ⁊ alie affectiones ab eiſdem genite: quibus deo diſplicentia declinant̄ et eidem placentia queruntur ⁊ fiunt. Non enim poteſt firma ſeu fixa ⁊ lucida eſſe: de aſpectu ſiue intuitu dei: ſup̄ omnes cogitationes noſtras· affectiones: ⁊ operationes: credulitas· quin timorem ⁊ pudorē incutiat formidandorum ⁊ erubeſcendorū et alias affectiones que ſequuntur ex his: vel commutantur eaſdem. Omnia enim in oculis dei agere· ⁊ hoc impudenter: ⁊ intimorate non eſt hominis qui credat eum aſpicere ⁊ videre· Attende autem in his duobus· videlicet· potentia: ⁊ ſapientia· quante impietatis ſit pertinatia: qua male ſentitur de adalterutro eorū. Qui enim credit de dei potentia q̄ ea ſuperior ſit alia aut ei equalis· vel q̄ alij ſubditi eſſe debeamus: proculdubio vel totum honorem ſuum eidem aufert: vel dimidiam partem vt diximus· ⁊ quicquid dicit ei non eſſe ſubditum: quantum in ſe eſt aufert illi. Similiter qui negat deum omnia videre ad nudum vel lucide: iugiterq; intueri: multum aufert ei de ſapiētia ſua quantum in ipſo eſt· ⁊ per conſequens dicit ipſum eſſe vel in parte cecum· vel quandoq; occupatum: aut dormientem Hec autem aperte contumelie ſunt: cōtra diuinam potentiam et ſapientiam· aperteq; blaſphemie ⁊ hereſes· quare contraria eorum articuli erunt fidei. Omni enim duorum oppoſitorum: quorum alterum eſt hereſis· neceſſe eſt reliquum eſſe articlm̄ fidei· ⁊ ſi aliud eſt ſubuerſiuum religionis: reliquum eſt edificatiuū eiuſdez. D De bonitate vero in primis oritur amor vt diximus· cum in ſeipa bonitas ⁊ conſiderata fuerit: ⁊ firma ac lucida credulitate apprehenſa. Cum autē ad effectus ⁊ operationes relata fuerit ſeu comparata. inueniemus quatuor ei9 comparationes ⁊ nominationes. E Et primum nominat̄

gratuita beneficia·ex qua oriunt̃ quatuor partes diuini cult⁹ ex vna radicis virtute procedentes·que interdum nominatur deuotio ſed apertius gratitudo·Harum prima eſt gratiarum actio.Secunda benedictio que eſt bonorũ imprecatio. Tercia eſt laudacio que eſt bñfactoris magnificatio Quarta eſt glorificatio que eſt predicatio·publicatio·ſeu diffamatio benefactionis & beneficiorum ad alios Gloria enim nihil eſt aliud·q̃z clara ſublimis ⁊ lata fama. F Secundo nominat̃ miſericordia·inquantum lenit vel tollit miſeriam · ex qua oriuntur multe partes diuini cultus:ex vnius virtutis radice ꝓcedent⁹ que ſpecies venie & gratie nominãtur.Harum prima eſt depcatio·hoc eſt ꝓ malis leniendis vel tollendis.Secunda eſt oratio:que eſt pro bonis obtinendis. Tercia afflictio vt ieiuniuꝫ· & alie maceraciões.Quarta eſt oblatio ſeu ſacrificiũ. Quinta elemoſina que eſt miſerationis quecunq̧ ſubuencio. Hec eſt tam ſpiritualis q̃ꝫ temporalis.Et iſte quinq̧ partes tũc ex miſericordia dei prenominata virtute oriuntur:cum ad impetrãdam veniam vel gratiam referuntur·hoc eſt cum ad hec fiũt· G Tercio nominatur iuſticia·ex qua per donum timoris oritur declinatio a malis preteritis: & penitencia cum partib⁹ ſuis:⁊ hoc eſt cum iſta duo ad effugiendam diuine iuſticie vlcionem referuntur H Quarto nominatur magnifica largitas obſequiorum remuneratrix: ex qua oritur ſpes remunerationis:⁊ ex ea omne obſequium diuini cultus·in quantum ipſum via eſt ad mercedem eternam · hoc eſt in quantum per eam tenditur ⁊ intenditur ad ipſam·Nõ enim dubiũ eſt tibi: quin eadem opera exteriora diuini cultus poſſint eſſe ex diũſiſ virtutum radicib⁹:& propter fines varios et diuerſos· I Eadem enĩ ſacrificia offerri poſſunt deo altiſſimo:& ob honorem ipſius tantum:et propter impetrandam veniam tantum. & impetrandam gratiam tantum:& ad obtinendam eternam remunerationem tantum:et q̃nq̧ propter hec omnia ſimul ſi placent offerenti.Conſidera ergo diligenter iſta quatuor:⁊ radicem ipſorum diuinam bonitatem:& apparebit tibi euidenter quia neceſſe eſt vt credatur diuina bonitas: et vt concedatur ab his quibus nulla eſt excuſationum quas diximus. Et q̃a hereſis eſt credere:vel deum non eſſe bonum:vel minus bonũ· hoc eſt ex parte non bonum:vel mutabiliter bonum·vel non eſſe maxime bonũ. Eodem modo pertinaciter errare circa gratuitam eius beneficenciam:vt credatur vel non eſſe beneficus. vel bonum quodcunq̧ obtineri nõ ab eo vel per eum·& iterũ nõ gratis eum benefacere quibus vult ſed neceſſitate· heretica proculdubio falſitas eſt·quare contrariũ neceſſario catholica

veritas. Iuxta hunc modum ſunt errores & negationes circa
iuſticiam ⁊ miſericordiam: et remunerationis magnificentiaꝫ·
qui enim pertinaciter credūt deum adeo miſericordem eſſe· vt
peccata non puniat: vel adeo iuſtum vt penitentes nō recipiat·
vel adeo prodigum: aut auarum: aut conſideratum largitorē
vt obſequia ſibi impenſa non curet: & cultores ſ̄uitoreſqꝫ ſuos
potius q̄ꝫ alios non reſpiciat neqꝫ remuneret. non niſi magna
dei contumelia atqꝫ blaſphemia hoc credunt quare contraria
neceſſario credenda ſunt tam q̄ꝫ partes ⁊ articuli fidei. K
Iam ergo declarauimus quia in his q̄ dei ſunt conſiſtunt due
partes fidei: ⁊ quia vna pars articulorum fidei eſt in his que ī
ſunt ei per ſe hoc eſt ſine reſpectu & comparatione rerū aliaꝝ
et nominauimus tibi principalia ⁊ radicalia ī his. Et aſſigna/
uimus etiā tibi partes diuini cultus: et virtutes ſeu affectiōes
ex quibus oriuntur. Et nominauimus et numerauimus tibi
de deo ea· ī quibus eſt error pertinax: ⁊ negacio ſeu cōtradictio
hereſis atqꝫ blaſphemia. Manifeſtum igitur tibi eſſe debet ex
his: quia due partes fidei que creduntur· inueniunt̄ aput crea
torem: ⁊ quot ſint articuli principales ipſius fidei· atqꝫ p̄marij
circa eum. Et quia nulli eſt excuſatō quin teneatur ad credu
litatem eorum. Et quia nulli phas eſt contradicere vel negare
aliquem ex illis: niſi in caſibus quos diximus. Ex quo conſe
quens eſt fidem huiuſmodi articulorum eſſe catholicaꝫ id eſt
vniuerſalem· hoc eſt ad quam ſine vlla excuſatione tenet̄ vni-
uerſitas hominum: ſine excuſatione ⁊ contradictione p̄tinaci·
Apparere etiam tibi debet ex his: quia adeo aperte ſunt in his
contumelie ⁊ blaſphemie negacionum ⁊ contradictionum: vt
gladio et igne exterminande ſint: & credulitas iſtorum articu
lorum etiam ſupplicijs iniungenda atqꝫ indicēda· duabus de
cauſis· videlicet quia vicina ſunt atqꝫ proxima intellectui hu/
mano: non impedito ⁊ non alienato. Et quia non niſi incredu
litate eorum cultus diuinus veraqꝫ religio fundari pt̄· L
Relinquitur autem ex his vt tercia pars fidei circa res al̄as ſit
in qua primum illud eſt nihil numinis eſſe in quacunqꝫ alia
re. Hoc eſt nihil diuine excellentie vel bonitatis. & ideo nichil
dignum honorificēcia diuini cultus: et propter hoc nulle alie
rei quic q̄ꝫ eſſe diuini cultus aut honorificencie impendendum
quod eſt ſ̄m fide firma credendum. Terciū eſt mundi nouitas
cum vniuerſis que ī eo ſunt. Quartum eſt eiuſdem renouatio
Quintum nouitas animarum humanarum in corporibꝰ ſuis
⁊ origo. Sextum immortalitas earum. Septimū ſingularitas
corporum eorum· contra pluralitatem pictagoricam. Octauū
reſurrectio corporum. Nonum iudicium. Decimuꝫ retributio

bonorum & malorum: Vndecimum infernus. Duodecimum purgatoriū. De his·xij·inuenies errores impietatis tam apud philoſophos q̄ apud hereticos: quorum deſtructiones etiam ſcribere proponimus tractatu vno ꝯ ſingulari: ſi auxilium & ſpacium dederit dominus. Preter hec ſunt ſacramēta virtutes: gratia ꝯ liberum arbitrium: de quibus etiam multa nephāda latrare non ceſſant heretici. Et nos de his q̄tuor prout deſup accepimus: duobus tractatibus completis nos expendimus ſcꝫ de ſacramentis ꝯ arbitrio libero: atqꝫ de virtutibus multa ꝯ varia ſcripſimus: inde complere occupationibus ꝯ peccatis facientibus non permiſſi ſumus.

## ¶De articul' fidei humanitatē Xp̄i tangentib͛· ¶Ca· III·

Euertamur autem ad id in quo eramus: & dicamus quia in his partibus fidei quas nominauimus in p̄/cedentibus: facile eſt obuiare contradicentibus & per viam probationis ora eorum obſtruere. A hoc eſt in ra=dicalibus ꝯ primitiuis articulis: propter propinquitatem & vicinitatem ſuam ad intellectum humanum: verum in conſequentibus non ita ſe habet res: valde enim ſunt remota ab in/tellectu humano: valde improbabilia· humanatio ſeu incar/natio filij dei: paſſio eiuſdem ac mors: reſurrectio· & in celum aſcenſio: ꝯ ad dexterā patris conſeſſio· ꝯ alia multa valde lōge a noſtro intellectu inueniuntur in fide catholica. Qui ergo his contradicunt· videlicet incarnationi filij dei & paſſioni eiuſdeꝫ contra bonitatem blaſphemant. Non in fonte quideꝫ ꝯ radice ſua: ſed in ramo maxīo ipſius ꝯ deriuatione· B Dum enī de fonte largitatis diuine tm̄ donum negāt procedere potuiſſe de fonte miſericordie tantam elemoſinam: de abiſſali fonte illo bonitatis tantam vndam effluere potuiſſe: de immenſa fornace illa ꝯ camino caritatis diuine: tantā flāmam emittere potuiſſe ſine dubio ꝯ in fontis immenſitatem nepharie blaſphemant· dum inundationem eius menſuras ꝯ limites ponunt. Neceſſe enim eſt fontem cui non eſt menſura nec numerus: cui nō eſt finis nec limes aut terminus: ꝯ ſimilē inundationē hr̄e cū vo=luerit· cū libeꝝ hēat fluere ꝓut voluerit: hoc eſt q̄ntū voluerit ꝯ quō voluerit. Manifeſtū eſt ex his: quia ꝯtra immenſitatē fornacis diuine caritatis extinguūt eiuſdem flāmam· ꝯ contra infinitatem ꝯ diuitias largitatis diuine diminuunt eius donū ſic ꝯ in iniuriam magnitudinis miſericordie dei attenuant ei9 elemoſinam. eodem modo & in contumeliam fontis abiſſalis diuine bonitatis reſtringunt eius inundationē. Cū incarnatio

filij dei ſit velut flāma de camino & fornace diuine dilectiōis emicans· & velut elemoſina de immēſitate miſericordie dei humano gn̄i erogata· et velut donū de diuitijs diuine largitatis eidem donatum· et velut vnda de fonte diuine bonitatis ſuper genus humanum emanans· Non aduertunt ceci miſeri· quia omnis fons iuxta modum ſue copioſitatis emanat· et omnis largitas iuxta modum ſue poſſibilitatis atq; diuitiarum· dignis et indigentibus elargit̄· et oīs miſericordia iuxta poſſibilitatē facultatū in pauperes et miſeros ſe profundit· et omnis ignis luminoſitatem ſuam et flammas in receptabilia ꝓ modo ſue virtutis diffundit· et generaliter oculis ſuis iſta conſpiciūt· ſic non oculos habere dicendi ſunt · qui vbiq; iſtud conſpiciunt et non attendunt· qa vnaqueq; nat̄a iuxta modū ſue virtutis operat̄· et larga eſt virtus operationis ſue in omne receptibile iſtius quantum poteſt quantūcunq; permittit̄· ſicut apparet in ſole· qui tota qua poteſt largitate luminoſitatem ſuam atq; calorem diffundit circūquaq;· C Ad hanc igit̄ dementiā deuenerunt· vt in fonte largitatis negent eſſe largitatē· quam tamen oculis ſuis vident in omnibus riuulis creaturarum ipſi9. Hos ergo mendaces facit vniuerſitas creaturarum· largitate ſua et profuſione clamans ɔtra eos· et ꝓdicans atq; teſtificās largitatem creatoris· quoniam largitas ipſarum creaturarum non eſt niſi indicium et teſtimonium largitatis ipſius· de quo fonte omnes creature hauriūt· et vt large ſint et ꝙ largiantur.

D Inſani et miſeri non vident quid ſtilla pietatis oꝑata ſit in multis virorum ſanctorum · videlicet vt ſe venderent pro redemptione eorum· et captiuitati addicerent pro liberatione ipſorum. Quid ergo mirum ſi fons totius pietatis tale quid facere potuit in rege glorie et domino ſeculorum. Si ſcintilla dilectionis hoc in matre poteſt· vt pro liberādo ſubmerſo filio ſe det in periculum ſubmerſionis· ſaliens inquam poſt filium· qd̄ debuit facē caminus infinit9 dilectionis· et fornax immēſa caritatis· imo qui caritas eſt· pro liberatiōe toti9 gn̄is humani in abiſſum perditionis ſubmerſi. Ampli9· quis paſtor eo modico ꝙ habet amoris ad oues ſuas non dat ſemetipſum in periculum· pugnās ɔtra lupos et leones aliaſq; beſtias inimicas gregi ſuo· et hoc tāto prompti9 atq; libenti9 q̄nto ipſe melior fuit atq; fidelior· quid ergo mirū ſi deus qui caritas eſt· et ſc̄ti amoris fons vnicus· videns lacerari gregē ſuum· et vndiq; deuorari a beſtijs infernalibus· deſcendit aduerſus eas in pugnā qualem decuit et opus fuit. E Similiter quis rex videns ciuitatem ſuam ⁊ regnum ab hoſtibus vaſtari· populūq; ſuū cateruatim trucidari et captiuari· non aduerſus eos cōſurgat

et ſuperinduceret. Priori vero nec robur: nec aliam perfectionē
addiceret. Et de iſto ſcd̄o habitu: eadeꝫ ſimiliter queſtio reſta=
ret. Veriſimilius igitur eſt virtutes naturales ſuarum operati
onum frequentia ⁊ exercitatione proficere & melioꝛari multi=
pliciter· ⁊ ipſas quodā modo: vel fieri ꝓpinquiores & faciliores
et expeditiores ad operationes ſuas. Et has expeditiones: ſeu
promptitudines ad operationes: nonnulli vocauerunt habitꝰ
Veriſſimus autem eſt· quia expeditus ⁊ facilis ad frequētiam
operationum. C Non aliter differt habitus a potentia: ꝙ
fons plenus ⁊ redundare paratus: a fonte ſimpliciter. Potētia
enim fontis: operationem dicit ſimpliciter· habitus vero: pleni
tudinem dicit fontis. Si quis autem dixerit. quia habitus in
potentia aqua eſt in fonte· veriſimiliter dicᵗ. Et hoc in his que
deforis totaliter adueniūt· ⁊ quaſi infunduntur: vt poſtmodū
refundant̄ Studio em̄ ⁊ experientia atqꝫ doctrina ⁊ reuelatōe
quedam: ſcientie infunduntur· que cum recepte fuerint: ſciētes
quidem primo faciunt· deinde doctiores· ⁊ que diſcendo quodā
modo infuſe fuerant: docendo poſtmodū refunduntur. In his
autem que ad habitus ſunt ab intus: id eſt ex indita copioſi=
tate fluunt: aliter eſt. Habitus enim in huiuſmodi non eſt: niſi
expeditio & habilitas. Et ſic purgatio ipſiꝰ fontis. Originalis
enim fetulentia: fluxum impedit virtutum naturalium· faciēs
et vt minoꝛ & rarioꝛ ſit emanatio operationū: ⁊ vt minus meri
toria merita. Purgatur autem huiuſmodi alueꝰ ad modicum
declinatione vicioſarum operationum: ⁊ propriarum aſſuefa
ctione. Quemadmodum ſi fons redundatione ſua obſtacula

ipſius fluxus: & obices aliquatenus rumpat ⁊ expellat· & de
ſordibus obuiantibꝰ aliquid declinet & deleat. Sanctificatiõe
vero et gratie plenitudine purgatur atqꝫ mundatur: vt libere
copioſe atqꝫ ſincere fluat. Manifeſtum igitꝰ eſt ex his· quantũ
differãt abinuicem habitus in his que ab intus et de ſe· id eſt
de propria copioſitate fluunt· et de his que de aliena & ſuper
infuſa. Virtutes autem naturales fontes ſunt· indite et innate
copioſitatis· ſimiliter ⁊ gratuite. Conſuetudinales autem pre
haurire videntur precedenti frequentia ⁊ aſſuefactione. opera
tiones quas poſtmodum q̃ſi de pleno eructant atqꝫ refundũt·
Differunt ergo que diximus· quemadmodum purgatio ſeu
liberatio aluei et impletio eiuſdem· D Reuertamur autez
ad id in quo eramus· et dicamus quia iam planum eſt ex his
que diximus: quia hec lex de qua hic intendimus ſola eſt inte
gra ꝑfecte honeſtatis deſcriptio· ſola ſine diminutione regulaſ
& mandata omnia continens honeſtatis. Et propter hoc ſola
lex veri nominis: quia vera ſola omnium virtutũ aggregatio
ſiue totalitas· vera honeſtas eſt imo ipſa veritas honeſtatis in
terne· que mentem humanam veſtit atqꝫ venuſtat Manifeſtũ
eſt: q̃a ipſa eſt ⁊ lex veritas et lex veritatis, lex ſignificationis
lex ſermonum eſt & ſcripturarum. Hec autez eſt que huma/
nam mentem ſuaipſa veritate abſqꝫ medio bene ordinat atqꝫ
conſtituit· beneqꝫ ordinatam ac conſtitutam efficit· inſtar ciui
tatis iuſtiſſime ac ſanctiſſime legum ſtatutis aminiſtratur &
regitur. Hec etiam eſt lex cuius obſeruantia exterior decor eſt
et rectitudo totius vite ⁊ conuerſationis humane. Verus qdẽ
decor· ac vera rectitudo: quia omne eius contrarium veriſſime
prauitatis eſt & ſancto indecens ac repugnans ſpirituali· tur=
pitudo pulcritudini. Apparet etiam ex his quia lex hebreorũ
inquantum vetus non lex integra eſt vt diximus: ſed ps legꝭ.
Non enim tota agregatio mandatorum que in quinqꝫ libris
Moyſi ꝯtinetur ad legem veterem pertinet in quantũ veterẽ·
imo multa ſunt ibi eius de qua nunc loquimur euãgelice per
fectionis mandata· quemadmodũ nec om̃es hebrei temporis
iſtius aduentus ad teſtamentum pertinebant vt dicit Augu=
ſtinus· imo erant in pplo ipſo qui ad nouũ pertineret· E
Vetus ergo lex ſm vnam intentionem dicitur lex populo ve
teri tradita· ſcilicꝫ tota agregatio mandatorum que in quinqꝫ
libris Moyſi cõtinentur. Secundum aliam vero intentionem
dicitur naturalis· videlicet quia naturalis honeſtatis regulas
continet & mandata· ꝓpter hoc autem vetus dicitꝰ: q̃a omnibꝰ
alijs antiquior eſt ex natura· & tpe· et honeſtate· ⁊ gr̃a. Tercia
intentione dicitꝰ vetus lex agregatio mãdatorum puerili pplo·

propter ipſam puerilitatē ſuam tradita· quoniam ipſa huiuſ-modi puerilitas vetuſtas ſpiritualis eſt. hoc ē ad mortē eternā feſtinans vicinitas ſeu ꝓpinquitas·

¶ Epilogus et reſumptio· ¶ Ca· ·IIII· A

Am ergo expediti ſumus auxilio dei de his que ꝓpoſueramꝰ dicē in declaratione: q̇a et lex veritas· ⁊ lex veritatis veriſſime dicitur. Et fecimꝰ manifeſtū: quia ipſa vnica eſt quemadmodum et honeſtas perfecta. Vnica eſt cōſiſtens ex duabꝫ ꝑtibꝫ naturali videlicet et gratuita· ⁊ naturalis quidem honeſtas ꝑs eius initialis eſt. Gratuita vero pars eius proficiens eſt & ad impletio conſummata· ꝓpter quod & lex vetꝰ rudi adhuc & puerili populo· tanꝗ̃ alphabetum honeſtatis. tanꝗ̃ elementa initialia religiōis tradita eſt· pars vero ſcd̃a tamꝗ̃ plenitudo atqꝫ perfectio erudito iam populo atqꝫ profecto· ſuſcipiēdeqꝫ perfectioni longis ac magis multorum ſeculorū eruditionibꝫ preparato per Xp̄m dominū appoſita eſt· que eſt conſūmatio legis ad iuſticiam· ſicut legitur Ad Rō· x· ꝓpter quod legitur ad Gall'· v· quia omnis lex in vno ſermone impletur· ſcilicet ī ſmone de dilectione· ſicut legitur ad Rō xiij· Qui diligit proximum· legem impleuit. Et iterum ibi dicit· plenitudo legis eſt dilectio. Mandatum enim de dilectione poſita· ⁊ virtute omnia alia mādata quodāmodo eſt· quoniā ſine ea inutiliter obſuātur· ſicut legit̃ j· ad Cor̃ xiij· fere per totū. Cum ea vero omnia a deo acceptātur meritorie· atqꝫ remunerabiliter adimplent̃· ꝓpter hoc ex eius mādato pendere dicit̃ tota lex & ꝓphe ſic̄ legit̃ Math· xxij· ⁊ Mar· xij· B Similit̃ ad Thimoth· ꝑme ꝑ° finis ꝓcepti ꝑfecti caritas· ꝓcepti id ē totiꝰ legal' ꝓceptiōis finis ꝯſumationis eſt caritas· qm̄ ꝓpter illā: aut acquirendam: aut nutriendā: aut conſuandā: aut ad augendā: aut adimplēdam: omīa ꝓcepta ſunt & ꝓhibita que in vtraqꝫ lege ꝯtinent̃· ꝓpter quod etiā dictū eſt· j· ad Cor̃· xiij· Nūc manēt: fides: ſpes caritas· tria hec maior aūt horū eſt caritas ꝓpter multiplices ſui ꝑfectiōes & laudes q̈s hic trāſimꝰ. Cōparatiōe v̇o timoris q̇ vtiqꝫ pueril' eſt ⁊ elemētariꝰ ſeu alphabetariꝰ: vt ita dicamꝰ ipſa dilectio ſapientia honorabil' eſt· timere em̄ timore ſeruili timere eſt mulieris: ⁊ ideo cape mlieris · q̈re timor ſuilis ſapīa vt ita loquim̄ ignobilis eſt ⁊ vilis. Merito igit̃ ꝯpatiōe ſuilis timoris dilectio ſapiētia nobil' eſt ⁊ honorabilis. De timore em̄ ſeruili illa accipienda ſunt que premiſimꝰ· ꝓpter qd̄ hac ſola opera que ex gratuita dilectione fiunt· deo acceptabilia ſunt ac remuneratione digna· in eis que preceſſerunt declaramus. Si quis aūt querat numerū mandatorū ⁊ regularū legis huiꝰ·

de qua iam declarauimus: quia ipa eſt lex integre honeſtatis ac perfecte religionis? Reſpondetur quia in alio tractatu exq̄rendum eſt et ſtabiliēdum. videlicet in tractatu de virtutibꝰ & moribus. que eſt pars ſeptima ſcientie ſapientialis ⁊ diuinal'. Et hoc eſt quoniam iuxta vnamquāq; virtutem eſt ſpiritual' de operatione eius regula ⁊ mandatū. quemadmodū ſuperiꝰ diximus: quia eundem numerum neceſſe eſt eſſe virtutū ſuaꝝ regularum et mandatorum ſapiētialium. ſtabilire numerum virtutum eſt ſtabilire numerū regularū ipſaꝝ ſapientialiū ⁊ mandatorum. De generalibus enim mandatis et regnlis. ſiue de aggregatis in quibꝰ tota lex aggregata precipiť. nō eſt neceſſe nos hic intendere. Qꝛ potentia eadē ſunt cū particularibꝰ & partibus ſuis. Generalia autem mandata ſunt vt declina a malo et fac bonum. que vtiq; eadem ſunt cū ſubiectis ſibi ſpecialibus. ſicut genus quodammodo idem eſt cum ſpecie ſua. ⁊ quodāmodo diuerſum. aggregatiua vero ſunt. queādmodū ſerua legem. cuſtodi mandata. ambula per viam mandatoꝝ dei. Omnia enim mandata legis vnoquoq; iſtoꝝ mandatoꝝ precepta ſunt. Et ꝓpter hoc vnumquodq; iſtorum ad omnia mādata legis eſt. ſicut totū aggregatū ad partes ſuas C

Si vero queratur. ad quid tanta numeroſitas mādatoꝝ ꝑplo hebreorum data eſt. ſcilicet ſex centi & xiij. cum cōſtet numeꝝ virtutum longe minorem eſſe. Certum enim eſt declaratione veriſſima. numerum virtutum quadragenarium nō excedere poſſe. in quo reſpondemus tres cauſas fuiſſe multitudinis mādatorum. Primam ruditatem & ineruditionem ipſius. ꝓpter quam generalibus preceptis ſolū erudiri et inſtrui nō potuit & ideo per partes particularium mandatorum erudiendum illum ac inſtruendum decreuit deus: quaſi paruulum magis fractionum panum. atq; in rancijs q̄m panibꝰ integris nutriēdis. Secunda cauſa execrabilitas ydolatrie multiplex. in cuiꝰ eliminationem ⁊ abſolutionem pro parte magna intendit lex Et hoc potiſſimum in omnibus mādatis que abſurda videnť. & nullam vtilitatem afferre ſeruantibus. Tercia quia librum legis voluit deus eſſe ſufficientie ꝑ tempore illo. et capacitate nouicij aduc iſtius populi. Et pro parte maxima puerilis. voluit ergo legem continere omnia ea. que dirigere moderari ac decorare ſufficerent vitam huiꝰ populi. dans eis in hoc multaꝝ materiam meditationis & exercitationis ī lege illa. pro captu ruditatis eorum et imperitie. ne librorum paucitas ⁊ paruitas ſimul eſſent eis occaſio euagandi ad libros humanarum traditionū. & credulitates nouas & errores impietatis legiſq; dei contrarias ſuperſticiones haurirent. & hoc multa vigilātia ac

diſcretione obſeruatum eſt aput hebreos·multis temporibus videlicet vt ſapientia legis contenti libros aliarum gentiū de/clinarent·vnde nec philoſophie operam dare illis temporibus auſi ſunt·donec cōmixti ſunt inter gentes· videlicet caldeas ad quarum diſciplinas et ſtudia maxime prouexerunt:⁊ adhuc ampliare non deſiſtunt· quanq̄ egiptij inceperint·⁊ greci ſint ſtudioſiſſime atq; magnifice proſecuti·Hocipſum voluit lex deutronomij·iiij·vbi dicitur. Hec eſt veſtra ſapientia et intel=lectus.Similiter etiam Iſaie·viij· Nūquid non populus a deo ſuo requirit viſionem pro viuis ac mortuis · ad legem magis & ad teſtimonium. Et in pſalmo· Beatus vir qui in lege dei meditatur die ac nocte:⁊ m̄lta huiuſmodi.Deinde ita artauit eos ita lex ad ſui iugem meditationem et obſeruantiā· vt aliā eis cogitare & ī aliis ſtudere·nullo modo vacaret·ſicut legitur deutronomij·vi· Meditaberis ea ſedens in domo tua et ambu lans in itinere dormiens atq; conſurgens· D Poſtquā autem caldeis ſiue babilonijs & genti arabum commixti ſunt immiſcuerunt et ſe ſtudijs eorum ⁊ philoſophie:⁊ ſecuti ſunt opiniones philoſophorum·neſciētes legis ſue credulitates & Abrahe fidem contra diſputationes eorum et rationes defen=dere.Hinc eſt q̄ facti ſunt in lege erronei:& in fide ipi⁹ Abrae heretici· maxime poſtquam regnum ſarracenorum diffuſum eſt ſuper habitatiōem eorum . Exinde enim eternitatem mūdi ⁊ alios Areſtotilis errores ſecuti ſunt multi eorū . Hinc eſt q̄ pauci veri iudei · hoc eſt qui non in parte aliqua credulitatis ſue ſarraceni ſint·aut Areſtotilicis conſentientes erroribus·in terra ſarracenorum inueniuntur· quoniam inter philoſophos commorantur.Dedit etiam occaſionem non leuem apoſtaſie huiuſmodi·ea que videtur multorum mādatorum abſurditas ⁊ inutilitas·nulla autem preceptionis aut inhibitionis eorum ratio·nulla obſeruantiarum vtilitas.Non eſt mirum ſi ab eis receditur: ſi tanq̄ onera ſuperuacua proijciuntur· E Q̄ autem tota lex hebreorū deo auctore et inſpiratore edita ſit· & populo hebreorū impoſita·& ipſe legiſlator videlicet Moyſes verus dei nuncius eſſet · indubitatam fidem faciunt ſigna & miracula in quibus venit·quibus ſimilia nullis ante tempori bus & hiſtorijs certum eſt eueniſſe.Fidem ergo de his faciunt tria illa ſigna que datum eſt ei facere coram filijs Iſrahel·& le/guntur Exodi·iiij·vij·viij·xiiij·& xvj·capitulis ſc; de virga v̄ſa in colubrū·manu leproſa·diuiſione maris rubri· ſubmerſione exercit⁹ Pharaonis.Manna deſerti·⁊ aqua verſa in ſanguinē

Deinde plage egipti·aqua educta de petra: & alia que enume
rare longum eſſet. Et ne magice artis cuiqꝫ irrepat ſuſpicio·
defectus magorum·et arreſtatio probibet ⁊ remouet euident·
deficientes enim in tercio ſigno cogente veritate confeſſi ſunt:
quia digitus id eſt virtus vel opera dei eſt ſicut legit̃ Exodi·
viii·Apparet etiã:quia virtute dei omĩpotentis iſta facta ſunt
ex hoc ꝙ dii egiptiorũ nihil ꝯtra miracula potuerũt·videlicet
nec plagas auertere: nec egiptiorum exercitum iuuare aut li=
berare· nec Moyſen aut populũ hebreorũ nullatenꝰ impedire
ꝓpter quod cum tãtis mirabilibus populo hebreorum omni/
potens virtus dei altiſſimi claruiſſet·omnimoduſqꝫ defectus ⁊
impotentia·deorum huiuſmodi euidenter appar uiſſet·beneficẽ
tiamqꝫ eius largiſſimam expertus eſſet idem populus deorũqꝫ
culturam omnino cultoribus ſuis inutilem eſſe deprehendiſſꝫ
locus fuit vt cultus dei altiſſimi & honorificentia ac lex·q̃ ſm
beneplacitum eiꝰ viueret eidem imponeretur · cultuſqꝫ deorũ
aperte deprehenſus vanus et inutilis eidem interdiceret̃. Qđ
et factum eſt poſt ſubmerſiõem ſcilicet exercitus Pharaonis
⁊ victoriã de Amalech·ſicut legitur Exodi·xix·vbi ꝑ Moyſen
loquitur ipſe deus ad eos dicens. Vosipſi vidiſtis q̃d fecerim
egiptiis ⁊c̃:vbi et elegit eos in populum peculiarẽ dicẽs ·quõ
vos aſſumpſerim:et iterum vos eritis mihi regnũ ſacerdotale
gens ſancta ⁊c̃·Demum in·xx·dat eis legem in terrore ⁊ hor=
rore magno.Non enim poterant abduci imo abrumpi ab in=
ueteratis erroribus:niſi in oſtenſione magnalium ⁊ terribiliũ
ideo in ardore ignis·in vocibus et clangore buccine ſe eiſdẽ ex
hibuit & oſtendit· F Multa enim eſt efficaciſſima vis ti/
moris ad immutanda corda·ad exterminandas veteres cõſue=
tudines·⁊ mirabiliter eſt humilians corda dura:atqꝫ ſubiiciẽs
eius imperio qui timetur.Et propter hoc iſto ſemper vſus eſt
dominus contra duriciam et ceruicoſitatem populi iſtiꝰ:ſicut
legitur in omnibus ꝓphetis.Apparet igitur ex omnibus his
totam legem Moyſi deo auctore et conditore editã eſſe·quare
nihil in ea inutile·nihil ſupuacuum:nihil abſurdũ: nihil igit̃
in ea vel preceptum vel prohibitũ eſſe·nihil ſtatutum vł nar
ratum· quod non habeat cauſam rationabilem et ſufficientēꝫ
ratiõem·ſiue occultam ſiue manifeſtam. Ea enim q̃ euidenter
ad dei honorificentiã·et vite noſtre compoſitionẽ ⁊ decoratiõeꝫ
pertinent·per ſe manifeſtam habent vtilitatẽ·et debita ſunt ꝑ ſe
ſicut mandata quibus precipitur diligi deus vł timeri. Et ad
hunc modum;omnia illa quibus aliqua operatio prohibetur
ſicut non furaberis non mechaberis·eodem modo euidens vti
litas eſt in quibuſdam·que ꝓpter mala que de rebus alicuius

prouenire conſueuerũt precepta ſunt·ſicut cooperiri ciſternaꝫ ne quis in eãdem cadat·recludi bos cornupeta ne quem cornu feriat. Sunt et alia in quibꝰ euidens eſt vtilitas pacis·ſicut eſt furum et raptorum punitio·ſimiliter rebelliũ filiorum ac pro/teruorum contra parentes· G Ad hoc enim pertinet pro=hibitio ſcortorum et lupanarum pro parte. Et ſi eñ aliam ĩhoneſtatem non haberent: nec vitam humanam alias deturparent ſcorta et lupanaria multas tamẽ perturbationes vite humane ingerũt·videlicet rixarum·latrociniorum et homicidiorum. Et de his eſt non ſolum credulitas aut oppinio: ſed per cottidianã experientiam certitudo. Ad hoc pertinẽt iudicia· quibus lites et diſcordie pacificantur. Sunt et alia permiſſa tantum nullo modo precepta permiſſa vtiqꝫ hoc eſt lege nõ punita·ſicut re/pudiũ odioſe vxoris·et exactio vſurarum ab alieniſqꝫ fratribꝰ hoc eſt ab aliis ꝙ a iudeis ſeu hebreis·que vtiqꝫ ideo in lege ꝑmiſſa ſunt vt maiora mala declinarent. Sciebat nãqꝫ legiſlator eam eſſe iudeorum maliciam: vt vxores odioſas eis niſi ſepari poſſent·occiderent·ſciebat et eam eſſe eorundem cupiditateꝫ et auariciam: vt nec fratribus hoc eſt iudeis ab vſuris parcerent ſi non alienis ad vſuram dare permitterentur. Vſuram enim malum eſſe et rapinã euidentẽ iam alibi declarauimus. Fecit ergo legiſlator per huiuſmodi permiſſiones · ꝙ in tali populo fieri potuit· videlicet eos per minorum malorum permiſſioneꝫ a maioribus auerti· H Quia autem quedam mala licet minora aliquibus maioribus magis puniri precepit. Illa ꝓcul dubio cauſa fuit·quia licet minora·frequentius tamen contin gebant in populo illo·⁊ propter hoc plus nocebant tranqui litati et paci populi ipſa frequentia ſua·qm̃ illa magnitudine ſua·propter hoc etiam quia multitudinem inuoluebant·diffi cilior erat eorum curatio. Amplius·facilius erat eorum ꝯmiſſio propter oportunitates: ſicut facilior ẽ ouis furatio ꝙ auri eq=ualentis·et hoc eſt quoniam et ouis faciliꝰ inuenitur furatio· et aurum artius cuſtoditur. Amplius·de bobus ⁊ ouibus ſan ctificabantur domino aliqua et offerebantur in ſacrificiis ex neceſſitate. Et propter hoc quaſi partem habebat dominꝰ in gregibus ⁊ armentis. De auro vero nihil ſibi ſanctificari pre=ceperat·preterquam in conſtitutione tabernaculi et edificatiõe templi·ac fabricatione vaſorum ipſorum·quid ergo mirum·ſi diſtrictius ea cuſtodiri voluerit·et direptionem eorum ac fu=rationem ſeuerius vindicari · de quibus ei pars de neceſſitat debebatur·qm̃ ea de quibus nihil ei debebatur ſed voluntarie tm̃ offerebant. Ampliꝰ armẽta ⁊ greges non ſolũ vtilia ſꝫ etiã

neceſſaria erant victui et habitui ſiue veſtitui humano per ſe
metipſum. Aurũ vero ad hec ſuperfluum eſt atqꝫ inutile· me=
rito ergo magis cuſtodienda fuerunt· furtaqꝫ & rapine eorũ
ſeueriori animaduerſione punienda. Amplius bobus ⁊ ouibꝰ
tanq̄̃ ſanctis animalibus et pene diuino honore dignis cre=
debant egiptij· inter quos nutriti fuerant: propter deos quos
colebant videlicet ſerapim et ãmonem· quorum primus appa
rebat in ſpecie bouis· alter in ſpecie arietis· propter hanc etiã
cauſam deteſtantur egiptij omnes paſtores ouium· ſicut legit̃
Geneſeos· xlvj· propter hoc huiuſmodi animalia vocãtur ab
hominationes egiptiorum· ſicut legitur Exodi· viij· Abhomi=
nationes autem egiptiorum ymolabant deo noſtro : quia ibi
nutriti erant in terra egipti: et inter egiptios oſtendit eis dñs·
non eſſe abhominanda huiuſmodi animalia iuxta conſuetu/
dinem egiptiorum ⁊ vſum eorum neceſſarium ac multiplicit̃
vtilem. Aurum autem in parte iſta & om̃es diuitias ſupfluas
nõ parum vilificauit· auariciã etiam ⁊ cupiditatem hoc facto
ſuggillauit. I Qꝫ autem quinqꝫ boues pro furto vnius:
& q̈tuor tantũ oues pro vna reſtituende erant · hoc fuit ꝓpter
fructum et vtilitatem talium animalium· quatuor enim vtili
tates habet ouis· duas ſcilicet pellis et carnis: ⁊ alias duas ſcꝫ
fructus ⁊ fetus: per fructum autem intelligimus lac· caſeum ⁊
butirum. Has vero quatuor vtilitates habet bos: et inſup q̃n=
tam videlicet laboris ſiue agricolationis ſiue euectionis oneꝝ
quia igitur quinqꝫ damna irrogat qui bouem furatur· q̈tuor
vero tantum qui ouẽ· merito quinqꝫ boues pro vno reſtitui
& quatuor tm̃ oues pro vna reddi precepit dñs. Veriſimilius
autem videtur nõ hoc attendiſſe dominum· qꝫ diximus de nu=
mero vtilitatum in hoc precepto· quoniã et inuenitur alia vti
litas boũ in terra ꝓmiſſionis valde neceſſaria· videlicet tritura
ſegetum· ſed qꝫ nõ reputauit aliã dñs ab vtilitate agriculture
quoniã annexa eſt tritura agricolationi: non improbabiliter
dici poteſt. Probabilius tñ videtur dominũ in iſta ꝯſtitutione
reſpectũ habuiſſe ad maioritatẽ audacie atqꝫ damni. Maioris
enim audacie et improbitatis eſt bouem furari q̈ꝫ ouẽ· et ideo
ſeuerius puniendus. Hanc ergo penã ideo inſtituit omnipotẽſ
deus: quia vidit eam ſufficere ad deterrendam ⁊ corrigendam
improbitatem & audaciam populi illius ab his malis· maiorẽ
aũt aut minorem penam ſtatuiſſet in his: ſi hoc neceſſariũ aut
expediẽs vidiſſet quod vtiqꝫ eũ nullo mõ latere potuit. Debes
aũt ſcire: quia iſte pene non infligebant̃· niſi cũ animalia hec
ab ipis furatoribꝰ vel comeſta vel aliter conſumpta erãt. Si·n·
inueniebant̃ aput eos viua· nõ niſi duplũ reſtituere cogebant̃

ſicut legitur in prememorato capitulo· & hoc eſt quoniã con/
ſumptio ⁊ comeſtio rei aliene·aut noua peccata erãt ·videlicet
noua furta·cum eſſent noue contrectationes rei aliene inuito
dño·aut ſaltem magne aggrauationes furtorũ· & ideo merito
ſuperadditione earum addebatur & pena· K Cum autẽ
inueniebatur furtum illeſum ſiue integrum reſtituebat̃ dño
rei furtine duplum·duabus de cauſis· videlicet lege talionis q̃
iuſtiſſima videtur·hoc eſt tantum vt damnificaretur ipſe fur·
quoniam damnificare voluerat alium· vt ſic in ſeipſo diſceret
qualiter erga alios ſe habere deberet. Alia et de cauſa duplici
reſtitutione puniebatur huiuſmodi furtum:quia videlicet du
pliciter delinquitur in eum cui aliud furatur·tenetur em̃ vnꝰ
quiſq; non ſolum innocentem ſe ſeruare erga alium: ſed etiaꝫ
animo ſe ſemper beneficium·fur autem contra vtrũq; delinq̃t
Inuenies etiam in huiuſmodi mandatis ſeuẽ valde interdum
puniri maliciam et negligentiam·quemadmodum ſi quis di
mittebat iumẽtum ſuum depaſcere alienum agrum vel vineã
puniebatur enim huiuſmodi delictum ablatione eius qd' ille
habebat optimum in agro ſuo vel vinea . et hoc eſt· vt rixe &
homicidia que occaſione huiuſmodi factorum euenire facile
poterant declinarentur.Diſciplina nãq; iudicialis ſiue iuſtici/
aria velut tirurgia quedam ſpiritualis eſt qua tã q̃m ferro et
igne que putrida ſunt aut alias morbida ĩ corpore ꝑpl'r·verũt
per minores penas:et etiam reſecantur· videlicet cum ꝑ morteꝫ
corporalem de medio tollũtur.Gladium etiam ⁊ ignẽ cetera q;
penarum corporalia inſtrumenta· velut dei cirurgiam habent
⁊ portant principes ſeculares.ſicut legitur in xiij·ad Rõs Nõ
enim ſine cauſa gladium portat·

Deſtructio erroris dicentis illicitum eſſe occidere homineꝫ in omni caſu. Ca. ·V· A

Et quia de ꝓfundo puteo abyſſi· hoc eſt de profundo
dyabolice adinuentionis exiuit noſtris temporibꝫ he
retice garrilitatis ranunculus·audens coaxare contra
dei iuſticiam et legem.Q̄ꝫ nullo modo·nulla ex cauſa licet oc/
cidere corporaliter hominẽ:Poſtq; in hoc deuenimus· videlicꝫ
vt de lege talionis loq̃remur·deſtruamus hunc errorẽ deſtru=
ctione quia poſſibile eſt ⁊ ꝯuenit.Querimus ergo ab hꝰmodi
erroneis· vtrum erudiendi ſunt paruuli & corrigendi· ſaltem
quantũcunq; lenibus flagellis·⁊ ſi reſponderint q̄ꝫ non.reſtat
ergo vt dimittant̃ omnibꝫ vitijs ⁊ inſanijs· & ꝓpt̃ hoc non mi
nus curentur q̄ꝫ canes et azini & equi ·et minus etiam curan=
di ſint· cum diſciplina huiuſmodi animalibus adhibenda ſit

⁊ non filijs et melioꝛatio per diſciplinam querēda ſit alijs aīa libus· filij autem penitus negligēdi ⁊ in omnem deterioꝛatiōꝫ et peſſimatiōem abire dimittendi.Amplius cum homines etiā animalia ſint· non ideo quia animalia ſunt extra diſciplinam erūt· quoniam ex hac cauſa nulli animalium eſſet imponēda diſciplina . Ergo ꝓpter hanc cauſam non erit eis imponenda diſciplina·videlicet quia homines ſunt·erunt ergo negligēdi: ⁊ vilioꝛes quantum ad hoc ceteris animalibus habendi quia homines ſunt.Manifeſtum eſt autem ex hoc quia hoīes ſunt incomparabiliter nobilioꝛes ⁊ precioſioꝛes ſunt ceteris anima libus·magis enim erudiēdi·magis omni cuſtodia omniqꝫ di/ſciplina curandi.Amplius quis dubitat:quin moꝛti coꝛporali hominis tam paruuloꝛum qꝫ adultoꝛū occurrendum ſit et eis inuitis:et qn̄ extrahendi ſunt de aqua ⁊ igne·ea vi et violētia quam requirunt iſta pericula:et etiam ne in ſe precipitent aut aliter cadant auertendi. Si enī moꝛti coꝛporali brutoꝛū anima lium t antopere ſi tanta ſolicitudine extrahunī de puteis aut foueis aut prenominatis periculis:vt occurratur moꝛti hoīm coꝛporali.multo foꝛtius ergo iſta adhibenda ſunt vt occurrat̄ moꝛti eorundem ſpirituali. Inuiti igit̄ ⁊ quomōlibet renitētes extrahendi ſunt de huiuſmodi ꝑiculis et aūtendi ab eis hoīes propter moꝛtē coꝛporalem·quare multofoꝛtiꝰ incomparabilit̄ extrahendi ſunt de periculis ſpiritualibus et auertendi ab eis propter moꝛtem ſpiritualem.Hec aūt moꝛs non eſt niſi vitiuꝫ ⁊ peccatum·que a deo ſeparat qui eſt vita ſpiritualis animaꝝ Quare manifeſtum eſt· non ſolum extrahendos eſſe homines a vitijs ⁊ peccatis : ſed etiam arcendos atqꝫ repellendos cum ſtudio atqꝫ vi ad hec neceſſarijs.Ampliꝰ:ſi azinus tuꝰ in lutuꝫ cecidit.Nunqd non flagellis et ſtimulis vrgendus eſt vt inde exiliat.Nunquid non funibꝰ ſi aliter inde exire noluerit quan tumcunqꝫ renitatur erit inde extrahendus· quāto foꝛtiꝰ ergo homo de lacu miſerie ⁊ de luto fecis·de limo profundi vbi nō eſt ſubſtantia erit totis ſtudijs ac viribus extrahendus· B
Diſciplinam igitur eſſe adhibendam hominibus ·non ſolum manifeſtū eſt per viā probationū quas diximus.ſꝫ etiā eiꝰ cō feſſio extoꝛquēda·eiuſqꝫ negatio igne et gladio ꝓfligenda: ſic̄ enim maxime iuſtificādi ſunt qui iuſticiā eſſe faciendā negāt· tanqm̄ maxime iniuſti et maxime hoſtes iuſticie ·ſic maxime cohercendi ſunt qui cohertionem faciēdam eſſe negant·⁊ ma xime diſciplinandi qui diſciplinam maxime impugnant·q̄re omnis iuſticia et omīs diſciplina cōtra iſtam iniuſticiā ⁊ iſtā indiſciplinationem totis ſtudijs ac viribus armari ⁊ inſurgē debent. Quid enim aliud predicant huiuſmodi erroꝝ inſania

infecti:niſi omnem iuſticiã ⁊ omnem diſciplinam eſſe iniquã ſeuiciam:ſi enim non eſt iuſtum fieri iuſticiam vt ipſi dicunt imo iniuſtum: cum omne quod iniuſtum eſt fieri iniuſticia ſit·procul dubio conſequens eſt omnem iuſticiam iniuſticiã eſſe.Et iterum ſi non poſſunt puniri homines:nõ igne vt ipſi dicũt·cum omnis iniuſta pena iniqua ſeuicia ſit ⁊ intolleroſa crudelitas:verum eſt ex neceſſitate ſm eos quod diximus·videlicet ꝙ omne idem quod vocatur iuſticia iniuſticia eſt.Iuſticia dico id eſt iuſta punitio ſeu vindicta malefactorum ⁊ omnis pena:non erit niſi iniqua ſeuicia.Reſtat igitur cohertionem iuſtam ⁊ diſciplinam adhibendam eſſe hominibus·⁊ multoamplius adultis ꝙ̃ paruulis : eo ꝙ indiſciplinatio adulterum ⁊ inſolentia:maiorem turbationeꝫ ingerit rebus humanis ꝗꝫ paruulorum : propter vires corporum ⁊ aſtutiam motus malicie que omnia magis vigent in adultis ꝙ̃ in paruulis. Cui enim dubium eſt vnum adultum aſtutia ⁊ viribꝰ ⁊ malicia plus poſſe ad nocumentum hominum ⁊ perturbationem ꝗꝫ paruuloſ multos.Amplius:cui non eſt manifeſtũ furioſos corpore recludendos eſſe atqꝫ ligandos:auferendoſqꝫ eis gladios ceteraqꝫ inſtrumenta nocendi:ne ſibi vel alijs noceant· multofortius igitur iſta facienda ſunt furioſis mẽte ne ſibi vel alijs ſpiritualiter noceant· cum nocumẽta ſpiritualia quibus anime pereunt incomparabiliter maiora ſunt:magiſqꝫ declinanda ꝙ̃ corporalia· C Reſumamus igitur iſtam radicem certiſſimam atqꝫ firmiſſimaꝫ:videlicet diſciplinam eſſe adhibendam hominibus non ſolum doctrinam:⁊ iterum diſciplinam leuium penarum:quod eos auſos fuiſſe negare nondum audimus:ſed mortis ſupplicium irrogandum eſſe·hoc ẽ quod negant.Querimus ergo ab eis ſi minores pene non ſufficiunt ad correctionem alicuius:vtrum ſint augende vel non Non enim poſſunt negare quin augende ſint·ſi enim de iuſticia leuiores inferende ſunt alicui pro culpa aliqua : cum ipſe pro ea nondum corrigatur:ſed addat p̃terite culpe contumaciam. Manifeſtum eſt cum contumacia ſit graue peccatum: ꝙ merito contumacie debet creſcere pena:aut contumacia remanere impunita. Non autẽ de iure contumacia debet remanere impunita.Augenda ergo eſt de iuſticia in caſu propoſito pena:videlicet ratione contumacie que ſuperaddita eſt precedenti culpe.De ipſa ſimiliter querimꝰ contumacia:ſi creſcat ipſa an creſcere de iure debeat eius pena.Si dixerit ꝙ non accidit ex hoc euidenter: ꝙ maiori ⁊ minori culpe debeatur equalꝰ pena:cum creſcẽte ꝯtumacia creſcere de iure debeat eius pena

quia igit̃ creſcere poteſt quomodolibet contumacia: creſcere poteſt de iure quomodolibet ⁊ pena: q̃re neceſſe eſt vt ipſa vel ſit mors corporalis. vel equalis illi. cum mors corporalis nõ ſit pena infinita. per hanc enim viam a leuibus flagellis venietur ad grauia. & a grauibus ad vulnera. ab illis ad tormenta. a tormentis ad ipſam mortem: per ſiliam ſcilicet contumacie cremẽta. Amplius mors corporalis: aut eſt pena maior omni culpa. aut non. Si eſt maior omni culpa. iniuſtus ergo eſt deus qui eam inflixit pro comeſtione ſcilicet ligni ſcientie boni ⁊ mali cum maior ſit pena mortis q̃ culpa comeſtionis iſti9. Ampli9 ſi eſt maior omni culpa: aut habet proportionem ad aliquam culpam vel non. Si nulla eius eſt comparatio ad quancunq; culpam. conſequens eſt ex neceſſitate. q nulla eſt eius comparatio ad aliam quantancunq; corporis penam. omnis enĩ alia pena corporis habet equalem ſibi culpam. Et hoc eſt quoniam quecũq; alia pena corporis deberi poteſt pro aliq̃ culpa. Hui9 autem probatio eſt per crementa et comparationes culparum. Cum enim alia quelibet pena corporis finita ſit. neceſſaria eſt certa comparatio cuiuſcunq; alterius ad quãcunq; ſui gñis. ſicut vnaqueq; flagellatio. plaga ſiue liuor ad liuorem comparationem certam habet ſimiliter et mutilatio ad mutilationem. Cum igitur proporcionales ſint culpe et pene illis debite. ponam9 q alicui culpe debeatur flagellatio aliqua ex neceſſitate duplo maiori duplo maior. debebitur flagellatio: et ita in infinitum. Similiter q̃a alicui culpe debetur mutilatio. neceſſario duplo maiori culpe debebitur de iure duplo maior mutilatio vt ſi amputatio vnius auris debetur alicui culpe. amputatio duarum debebitur duplo maiori. D Amplius querim9 ab eis. vtrum pro aliqua culpa debeatur alicui membri mutilatio ſiue amiſſio. Si enĩ pro nulla culpa poteſt de iure inferri alicuius membri mutilatio. Cum enim pro aliqua poſſit inferri flagellatio. conſequens eſt ex neceſſitate: vt et pro aliqua culpa poſſit inferri alicuius membri mutilatio. Eſt enim aliq̃ culpa que vocetur a. cui debita ſit flagellatio que vocetur. b. culpe ergo centuple ad. a. debebitur flagellatio centupla ad b. ⁊ millecuple culpe millecupla: et ita in infinitum. Quare non eſt reperire aliquam flagellationem. quin poſſit de iure deberi maior pro maiori culpa. Eſt autem aliqua flagellatio maior pena q̃ mutilatio auris vl' oculi vel pedis. poteſt igitur de iure deberi maior aliqua pena corporal' q̃ ſit mutilatio alicui9 prenominatorum membrorum. Multo igitur fortius poteſt deberi de iure ipſa mutilatio. Si autem hoc eſt verum. ſequitur

de neceſſitate: ꝙ ⁊ mors ipſa corporalis de iure pro aliqua cul
pa poſſit infligi·ſicut enim oculus ad totũ corpus:ſic amiſſio
oculi ad amiſſionem totiꝰ corporis:⁊ ſicut mors oculi ad ocu/
lum:ſic mors totius corporis ad totũ corpus.Quia igitur cer=
ta comparatio eſt totius corporis ad oculum in omnibꝫ:hoc
eſt ⁊ in magnitudine ⁊ virtute & valore· et ſi quid aliud tale
attendi poteſt ⁊ debet·in his certa erit comparatio mortis toti
us corporis ad mortem oculi:⁊ pene huiuſmodi ad penam il=
lam. Ponamus ergo a culpaꝫ cui debeatur eruitio oculi ſiue
mors oculi:⁊ ſit centupla vel milletupla·mors totius corporis
ad mortem oculi · b vero culpa ſit ad a in centupla vel mille/
tupla proportione·quia igitur ſicut culpa ad culpam ita pe=
na debita ad penaꝫ· pro a vero culpa debetur mors oculi ſiue
amiſſio illius·ergo pro b culpa debetur mors ſiue amiſſio to/
tius corporis.Manifeſtum eſt autem:quia eſt reperire culpaꝫ
in quacunqꝫ proportione ad a· quare in ea proportione que
eſt totius corporis ad oculum:ad idem venietur per gradus ⁊
augmenta flagellationum · cum enim poſſit culpa vel contu/
macia cui debentur·xl·plage vel centum:creſcere in infinituꝫ·
neceſſario poteſt creſcere: ꝙ ei debetur tantus illarum plaga=
rum numerꝰ qui mortem de neceſſitate inducat·⁊ ita debetur
pena mortis corporalis pro aliqua culpa· E Ampliꝰ:eſto
ꝙ aliquis occiderit hominẽ inique omnino·querimus ab eis
qua pena mors iſta punienda ſit de iuſticia·aut erit punienda
pena mortis·aut minori.Si pena mortis:non ſolum igitur lici/
tum ſed etiam iuſtum eſt occidere occiſorem:ſi minori pena vł
finito minori vel infinito.Si infinito minori: nullius erit com/
parationis ad id quod intulit.Eſt igitur iſta iuſticia:quem/
admodum ſiquis damnificaſſet alium in mille milibus libra
rum auri·⁊ puniretur amiſſiõe vnius palee vel feſtuce.Sicut
enim vna palea vel feſtuca ad mille milia librarum auri : ita
pena que interfectori infligenda eſt pro homicidio ad morteꝫ
quam intulit·quoniam in infinitum ⁊ abſqꝫ vlla comparatio
ne minor . Et hoc non eſt niſi ridiculum: ſi vero finito minor
pena infligenda eſt interfectori·minori ergo redimit maius: &
idem eſt ac ſi damnificaſſet ꝓximum in tribus marcis:⁊ ipſe
abſolueretur pro vna· F Amplius:qui dato ſibi beneficio
impugnat datorem omnino innocentẽ ⁊ in nullo illum leden=
tem de iure debet amittere illud: quicũqꝫ igitur vita q̃ꝫ reuera
vt beneficium a deo datore habet deum impugnat· de iure de=
bet amittere illam· omnis autẽ vicioſe ⁊ maligne viuens:vita
ſua deum impugnat·maxime autem hereticus & paganꝰ: illi
enim aperte deum impugnant auferendo illi hereditatem ſuã·

videlicet animas hominum ſuas ⁊ alioꝝ: ſimiliter gloꝛiam
ſuam ⁊ honoꝛē: dum cultum eius ⁊ religionem totis ſtudijs
ac viribus deſtruere conātur. Iſta enim duo genera hominū·
totam fere vitam ſuam in dei oppugnatione conſumunt. Et
ideo non ſolum vita coꝛporis: ſed etiam animarum ſi anime
moꝛtales eſſent iure deberent priuari. Amplius: ſi moꝛs eterna
infligenda eſt pro culpa aliqua· quanto foꝛtius moꝛs tempo=
ralis. Amplius: aut pugnandum eſt contra dei inimicos gla=
dio aut non. Si ſic: expugnandi igitur ſunt· ⁊ iuſtum eſt bel=
lum contra eos; tamdiu ergo expugnandum eſt contra eos
q̄diu rebellant. Si igitur rebellant vſq; ad moꝛtem coꝛporum
ſuoꝛum: nolentes omnino credere vel deſiſtere a dei iniurijs·
pugnandum eſt contra eos vſq; ad moꝛtem coꝛporalem eoꝝ
Manifeſtum igitur eſt· quia iuſto bello occidi poſſint. Qꝺ ſi
dixerint· quia non eſt pugnandum contra eos: fugiendum
ergo eſt vel cedendum eis: quare ſuſtinenda eſt exterminatio
honoꝛis diuini atq; cultus vt parcatur coꝛporibus inimicoꝝ
dei· fugiēdo enim ⁊ cedendo ad iſtud inconueniens deuenitur
cum fugientes tandem cedere neceſſe habeant· apparet igitur
euidenter· quia ſub pretextu falſe pietatis qua parci volunt
coꝛporibus ſuis: huiuſmodi erronei impietatē nequiſſimam
predicant in deum ⁊ animas euidenter: dum dei cultum ⁊ re/
ligionem ſic tollunt de medio. Hoc igitur querit tandem iſta
impietas: vt regnum dei ⁊ eius ciuitas remaneat penitus inde/
fenſum: predeq; ⁊ direptioni vaſtantium exponatur· ⁊ vt vita
coꝛporum moꝛtalium vel moꝛituroꝛum vita inquam miſeriaꝝ·
vite beate animarum ⁊ diuine honoꝛificentie preferatur· G
Amplius q̄rimus ab ipſis vtrū ſaltem verbo contradicendū
ſit erroꝛib⁹ impietatꝭ. Qꝺ ſi dixerint· q̄a nec verbo ꝯtradicendū
eſt· reſtat igit̄ vt veritas ſalutaris: nec p̄dicanda ſit nec docēda
cum cōtra erroꝛes huiuſmodi diſputandū non ſit. Doctrina
enim potiſſime in diſputationib⁹ ⁊ probatiōibus ꝯſiſtit· quo
deliramento nullū mai⁹ inueniri poteſt. Si vero ꝯtradicendū
eſt huiuſmodi erroꝛib⁹ ſaltim verbo· pugnandū eſt igit̄ cōtra
eos lingua: nullo aūt priuilegio exempta eſt man⁹: ⁊ a diuini
honoꝛis ſeruitute ſiue ſeruicio: imo per omnia eque debitrix
eius eſt vt lingua: quare eque manu pugnandum eſt contra
erroꝛes huiuſmodi pro dei gloꝛia ⁊ animaꝝ ſalute. Amplius:
ſi beſtie literales ſeu materiales: videlicet lupi leones ⁊ ſerpen/
tes atq; dracones: ferro ⁊ igne· omniq; genere debellationis
exterminādē ſunt pro ſalute coꝛpoꝝ humanoꝝ: que deuoꝛant
⁊ occidunt· quanto foꝛtius beſtie ſpirituales pro ſalute ani=
marum quas ſeducendo ⁊ ſubuertendo ſpiritualiter deuoꝛant

& occidunt·ſeparantes eas a deo qui vita eſt animarum :om=
ni gladio ⁊ bello exterminande ſunt·& attende comparationē
beſtialem materialium ⁊ ſpiritualium: quia conueniētiſſima
eſt ac propria:ſi ſeuiciam poteſtatum hereticarum·ſi veneno/
ſitatem pſeudo predicatorum attenderis· H Amplius q̊/
niam blaſphem⁹ incorrigibilis:blaſphemiarumqꝫ predicator·
ſic eſt in eccleſia dei ſicut ouis contagioſa morbida in grege:
⁊ ſicut membrum cancroſum in corpore:cancroſum dico cā=
cro incurabili: ⁊ iugiter ſerpente· ergo idem faciendum eſt ꝓ
eo pro ſalute totius eccleſie quod faciendum eſſet de oue &
membro huiuſmodi pro totius gregis ⁊ corporis ſalute: q̃re
reſecandi ſunt ⁊ exurendi:modiſqꝫ omnibus ex neceſſitate de
medio tollendi.Ꝙ ſi forte dixerint·quia reuera occidendi ſūt
impij pertinaces: non autem ab hominibus ſed a deo· ſequitur
eos ex neceſſitate:ꝙ honor dei atqꝫ religio ex terminio exponē
di ſunt:nullaqꝫ eſt eis defenſio adhibenda·accidit etiam vt deo
nihil honoris penitus debeatur : cum nec in nobis nec in alijs
liceat nobis honorem eius defendere:defenſioneqꝫ repellere op/
pugnantes· I Amplius querimus ab eis:qua de cauſa a
deo velint parci corporibus a morte.Si enim propter ſpem cor
rectionis que omnino per mortem preſcinditur:vbi ergo non
eſt ſpes correctiōis ibi ceſſat ex neceſſitate falſa pietas iſta: q̃re
ſi euidenter pertinaces ⁊ incorrigibiles ſunt · & mori omnino
volentes in impietate ꝑuerſitatis ſue:occidendi ſunt . Si vero
precioſitas vite corporalis cauſa eſt propter quam parcendū
eſt corporibus:quanto fortius incomparabiliter maior precio
ſitas vite ſpiritualis efficiet·vt eis parcendum non ſit· K
Manichei autem qui corpora humana dicunt eſſe opera dya/
boli:non habeant quid reſpondeant·cum neceſſe habeant con/
fiteri: deſtruenda eſſe opera dyaboli maxime a filijs dei . Iam
igitur planum eſt ex his que diximus : quanta impietate in
ipſum deum ⁊ humanas animas ſeuiendum eſſe credūt· ſub
pretextu pietatis corporum huiuſmodi erranei:nec aduertūt
ꝙ ipſis etiam corporibus impiorum temporaliter occiſis incō
parabiliter in eternis ſupplicijs pena minor in tantum paratur
quantum eam ſi viuerent adaugerent proportionaliter: nam
ſicut vlterius viuentes impij peccatis peccata adderent · ſic &
ſupplicia ſupplicijs cumularent ⁊ propter hoc ſicut per mortē
corporum fit eis licet inuitis ne peccent amplius.Sic ⁊ ne am
plius torqueantur:non ſolum in animab⁹·ſed etiam ne in cor=
poribus:qua pro ipſis corporibus eorum·occidendo parcitur
euidenter:cum pars ſuppliciorum infernalium que in corpore
paſſuri erant eis detrahitur per mortem:quelibet autem pars

ſuppliciorum infernaliuz maior eſt incomparabiliter ſupplicio mortis corporalis. quare incomparabiliter magis parcitur eis occidendo corporaliter: q̄ꝫ parci poſſit eiſdem a morte corporali parcendo. L Ad id autem qđ nobis obijcere ſolent. quia precepit veritas in euangelio Mathei. xiij. vt ſineretur zizaniā creſcere vſqꝫ ad meſſez: ne forte ſimul eradicaretur ꝛ triticum. Reſpondemus: quia manifeſtū eſt iſtud non p̄cepiſſe veritatē niſi ſolummodo vt tritico parceretur. non enim voluit parci zizanijs in tritici detrimentum: quare vbi non poteſt eis parci ſine tritici detrimēto: noluit eis parci. vbi ergo impij in conſū=ptionem populi dei vel diminutionem creſcunt. ibi nullaten⁹ creſcere ſinendi ſunt: ſed eradicandi. ꝛ hoc per corporalē mortē quando alias eradicari non poſſunt incorrigibiles ꝛ ꝯtumaces quare occidendi ſunt ex neceſſitate. M Qꝫ ſi quis dixerit qꝫ ipſi qui modo ſunt zizania poſſunt eſſe triticū: quia ꝯuerti poſſunt ad viam veritatis: verū vtiqꝫ dicūt. ſed qꝫ conuertant̄ ꝛ triticū fiant huiuſmodi contumaces: nec in errore ꝑtinaces non eſt certum. qꝫ autem per ipſos illi qui triticū ſunt zizania fiant: hoc euidenter certum eſt. ſimplices enim ꝛ ineruditos aſtutia ſua incredibili facilitate ſubuertunt. ꝛ inſuper pauca zizania multā tritici ſegetē facile peruertit atqꝫ ſuffocat. Diffi=cilem enim admodū ꝛ raram videm⁹ hereticorū conuerſionē. facillimam aūt ꝛ crebram fidelium ſubuerſionez: quare bonū conuerſionis huiuſmodi erroneorūz: ꝛ paruum eſt ꝛ rarum atqꝫ difficile: ꝛ eo vſqꝫ incertum. vt nihil propter quod pati merito poſſit appareat. Malum vero quod inceſſanter irrogāt magnum ſit vt peſtis vel incendium: crebrum etiam ꝛ facile necnon euidens atqꝫ certiſſimum: quis ergo non videat. quia vita adeo peſtilens atqꝫ pernicioſa paucorum: tota feſtinatiōe tollēda eſt de medio vt peſtis ꝛ incendium: necd um vana ſpe paucis parcitur per quos irreparabilis multitudo perdatur. Hoc eni ē. ac ſi diceret̄ dimittēdas eſſe paucas faces ardentes in medio ſilue lignorū germinantiū: ipſamqꝫ ſiluā inceſſanter exurentium: quia forſitan deus faciet illas arbores fructiferas. Idem quoqꝫ: ac ſi diceret quis paucos leproſos dimittendos eſſe in medio ſani populi: aſſidua cōtagione ip̄m corrūpentes ꝛ inficientes quia forſitan deus ſanabit illos. Non attendunt facilius qꝫ ſeuiat rabies lupina in conſummationē gregis q̄m manſuetudo ouina tranſeat in lupos: ꝛ incendiū a facibus ad arbores facilius diſſiliat. q̄m viror ꝛ fertilitas ab arborib⁹ ad faces. Sic lepre cōtagium facilius a leproſis deriuat̄ ad ſanos. q̄ꝫ ab ipſis ſanitas ad leproſos. Hoc autem dicimus ꝛ intelli/gimus de his infidelibus ꝛ impijs: qui ſimulatiōe ſanctitatis

ſpectantes decipiunt· ꝛ prauitate dogmatis audientes ſeducūt ꝛ in demolliendam vineam domini ſabaoth totis malignitat⁹ ſue fraudibus intendunt. Ceteri qui ſimpliciter errant corrigendi ꝛ erudiendi ſunt·dummodo errores ſuos ꝑtinaciter nō defendunt·

Epilogus predictorum ꝙ omnia in lege precepta ſunt rationabilia· Ca· ·VI·

Euertamur autem ad id in quo eramus ꝛ dicamus: ꝙ poſtq̄ȝ iam claruit nihil eſſe in tota lege quod nō habeat cauſam rationabilem ſue preceptionis vel ꝓhibitionis aut enarrationis. Manifeſtum eſt nihil eſſe abſurdum:nihil irrationabile in ea· ꝛ hoc in multis euidenter apparet·cum manifeſtam:vel honeſtatem contineant vel vtilitatem ꝛ propter hoc in his non oportet aliquatenus laborare. A Incipiamus ergo in alijs cauſas ꝛ rationes preceptionum ꝫ prohibitionum iuxta literam aperire. Primum ergo de ſacrificijs ꝛ altari. Deinde de circuncisione. Hec enim omnia ante legem Moyſi obſeruata ſunt a patrib⁹. Cayn enim de fructibus terre legitur obtuliſſe munera domino.Abel vero de primogenitis gregis Geneſeos·iiij·Similiter ꝛ Melchiſedech panem ꝛ vinum Geneſis·xiiij·Abrahe vero circuncisio impoſita eſt ꝛ iniuncta a domino deo toti generi eius Geneſis·xvij· ꝓpter quod ꝛ tota gens ſarracenorum circuncinditur . Hanc ergo traditionem ab Yſmahel filio Abrahe primum recepit gens arabum:qui proprie yſmahelite nominantur. Yſmahel enim gentis arabum inſtitutor fuit : ſicut narrat Ioſephus in libro antiquitatuȝ. Eſt ergo ſacrificium oblatio que ꝫ ſacra fit offerendo:ꝛ ſacrat ſeu ſanctificat offerentem·niſi hoc aut irreuerentia aut aliud peccatū offerentis impediat.Et dixerunt aliqui quia ſacrificiū non eſt niſi de animabus:ꝛ errauerunt in hoc quia etiam de ſimilia ſacrificium eſt: ſicut legitur Leuitici·ij·ꝛ etiam de aromatibus:ſicut legitur Exodi.xxxv.Merito autem queſtio eſt·quare ſacrificium ſibi offerri voluit deus : qua de cauſa placuerit ei mors animalium innocentum. Nihil enim ſuauitatis habet per ſe nidor cadauerum:nihil vtilitatis carnificatio illa animalium·ſed ſolum laborem horrorem ꝫ inquinationem offerentium . Preterea que iuſticia eſt. Hec autem cum homines ſoli peccent·pro peccatiſ eorum ſola animalia ꝛ illa innocentiſſima moriantur. Iuxta illud. Quid meruere boues·anīal ſine fraude doliſqȝ· B In quo reſpondem⁹·quia ſeptem de cauſis ante legē ꝛ etiā ſub lege ſacrificia

ſibi huiuſmodi offerre voluit deus. Non ſolum propter con‐ſuetudinem ydolatrie vt quidã opinati ſunt. Hec enim cauſa in Cayn Abel Loth locum non habet·cum temporibus eorũ Nec ipſi nec alij ydolatria aſueti eſſent. Prima igitur ⁊ preci‐pua cauſa fuit dei honorificentia ſeu veneratio . Omnis enim cultus deo honorificus eſt·quo ipſe ſibi ſeruiri vult. Et pro‐pter hoc altare ſibi edificari voluit. Altare enim eſt ẜm vnum officiorum ſuorum diuini honoris titulꝰ ⁊ memoriale inſigne· ſicut dicemus in ſequentibus talibus ergo muneribus hono‐rabitur deus· non quidem precioſitate ipſorum: ſed electione· inſtitutione ⁊ acceptione ipſorum. Hec igitur quinq̃ honori‐fica efficiebant huiuſmodi ſacrificia · videlicet ꝙ ipſe elegerat inſtituerat ⁊ accepta habebat·ꝙ ei obedienter ac deuote offe‐ferebantur. Non enim coli voluit nec colendus erat adinuen‐tionibus humanis : ſed magis ritu electionis ⁊ inſtitutionis· ipſe enim meliꝰ ſemper nouit quod ⁊ quale ei ſeruicium ma‐gis placeat·magiſq̃ ſit gratum: propter quod iraſcitur ⁊ mi‐natur Yſaie·xxix·dicens. Coluerunt me mandato hominum ⁊ doctrinis: ideo ecce ego addam ⁊ annumerationem faciam populo huic: miraculo grandi ⁊ ſtupendo·peribit enim ſapi‐entia a ſapientibus eius: ⁊ intellectus prudentium eius abſcõ‐detur. Secunda cauſa fuit iuſticie ⁊ miſericordie vehemens at‐fortis impreſſio: quam ſacrificia huiuſmodi faciebãt· eo enim ipſo ꝙ ad mortẽ huiuſmodi animalia offerebant: mortiq̃ tra‐debanr: ſeipſos morte dignos oſtendebant·⁊ deum de iuſticia morteꝫ eam poſſe inferre ſi ẜm merita peccatorum eos iudicare vellet·expreſſe huiuſmodi opere recognoſcebant. In hoc vero ꝙ mors eorum morte animalium commutabatur·mors inquã quam meruerant·dei miſericordiaꝫ erga ſe expreſſe legere po‐terant vel etiam legebant. Etiam erat fortior atq̃ magis pene‐trans: magiſq̃ imprimens cognitionem atq̃ rememorationẽ ſe veritatis ac miſerationis diuine huiuſmodi: ꝙ̃ poſſit eſſe ſer‐mo. Nihil autem ſalubrius fieri poterat hominibus ꝙ̃ viuax ⁊ tenax memoria : ſiue cognitio diuine ſeueritatis ⁊ pietatis· vt timore ſcilicet mala fugerẽt·⁊ ſpe bona deo placita ſectarent̃

¶ Qꝙ ſi quis dixerit·quia multa huiuſmodi ſacrificia offe‐rebantur non pro pctĩs aut ꝓ delictis: ſicut ſalutaria pacifica ⁊ que dicebantur ſacrificia laudis. Reſpondemꝰ quia hec oĩa in idipm̃ reuertant̃. Pacifica enim ſunt que ꝓ pace obtinẽda offerebant̃. Bellũ vero nõ ſolũ rerũ periculũ eſt· ẜ etiã mortis. Salutaria vero q̃ ꝓ ſalute obtinenda· vbi autem ſalꝰ: pariter manifeſtũ ẽ mortis imminẽ periculũ. Sacrificia q̃ laudis vel ꝓ liberatiõe a mal' vel ꝓ largitiõe bonorũ offerebant̃: ⁊ ita ſp

locum habuit in cordibus offerētium iſta cogitatio: videlicet
mors nobis imminebat quemadmodum iſtis animalib9: cui
vtiq; de iuſticia tua tradere nos poteras : ſed per miſericordiā
tuam liberati ſumus vel liberari petimus o deus. De his autē
cum ad ea que legis ſunt peruenerimus latius dicemus. Ter/
cia cauſa diuine beneficētie recognitio: propter quod de ipſis
donis ac datis ſuis partem reſeruabant· ⁊ offerebant domino
in recognitionem quia de eius benedictione ⁊ largitione om
nia receperant· videlicet que ſibi ſimul retinebant ⁊ que domi
no offerebant· ſicut legitur Deutronomij· xxvj· Profiteor ho=
die coram domino deo tuo. Quarta cauſa offerentium ſancti=
ficatio: expiabantur enim ⁊ emundabantur a contaminatio/
nibus peccatorum per huiuſmodi ſacrificia: faciente dei virtu/
te ⁊ miſericordia. Quinta cauſa familiaritas ad deum & appro
pinquatio: oblatio nanq; munerum ⁊ participatio ſacre mē/
ſe: multam fiduciam preſtat appropinquationis. ⁊ de familia
dei efficit participantes· eius enim cenſetur eſſe familia: a quo
paſcitur· ⁊ de cui9 menſa viuit: quare manifeſtum eſt huiuſ=
modi ſacrificia participantibus imprimere familiaritatem ⁊
proximitatem ad deum: cum eos dei commenſales quodam=
modo efficiebant· commenſalitas autem tanq; cauſa commu
nis: poſt coniunctionem cauſarum eſſendi que ſunt pater &
mater: maxime effectiua eſt familiaritatis · propter quod cū
deus non poſſet eis viceuerſa comedendo communicare: mitte
bat vrendum ignem de celo : qui partem ſuam ſacrificiorum
comederet q̄ſi lumine ipſius. Sexta cauſa adunatio ſiue vnio
populi dei· videlicet vt vna dom9 fieret: ⁊ vna familia ex mul/
tis perſonis· vnam enim familiam ⁊ vnam domum literalem
facit maxime communio victualium . Sic & vnam familiam
ſpiritualem vnamq; domum maxime facit communio cibo=
rum ⁊ potuū ſpiritualium. Spirituales autem potus & cibos
vocamus ſanctificatos: in quibus non corporalis refectio que
ritur ſed potus ſpiritualis. Manifeſtum etiā eſt tibi: quia hec
ipſe in dei domum eiuſq; familiam: ⁊ oīno eius partem tranſi
bant homines: q̄ vel ſacrificabant vel ſacrificijs participabāt
ſeu communicabant. Septima cauſa fuit attractio ad dei cul/
tum· nihil enim aggregat homines ⁊ conuenire facit ad locū
aliquem vel factum : q̄ cibus ⁊ potus· propter quod & cum
ferias ſtatuit eccleſia: vbi preparatur refectio corporalis· que
vtiq; ſi ibi non eſſet vel pauciſſimi ꝓpter h° conuenirent. Vo
luit ergo ſapientiſſimus ⁊ miſericordiſſimus deus vt in domo
ſua ⁊ altari eſſet communicatio cibi & potus: vt communitas
populi ſui per hoc ⁊ traheretur ; & inde aſtrictius teneretur·

voluitqꝫ huiuſmodi ſibi ſctificata eſſe: vt populus non tanq̄
bona propria ſed tanq̄ dei dona·nec tanq̄ cōmunia ſed tanq̄
ſacra illa ſumeret: vt deum patremfamilias ſuum· a quo pa=
ſceretur ⁊ animetur cognoſceret· & ſe ad ſanctoꝛum commu=
nionem ſeu participationem admiſſum videns ad bonum: vi/
cioꝛum contaminatiōe: immaculatum ſeruaret. Nec credendū
eſt ſanctiſſimos ac ſapientiſſimos patres abſqꝫ omnibus col
laudationibus ⁊ benedictionibus ſacrificia ſua deo altiſſimo
obtuliſſe: paſcentemqꝫ ſibi in ſacrificijs populum de his que
dei ſunt indoctos penitus reliquiſſe·quis enim credat dei cul/
tum: oꝛationibus ⁊ laudibus vnq̄ꝫ caruiſſe·cum hec in dei cul
tu apte noſtra manifeſte precipua ſint: deoqꝫ placiſſima· que
laudes ⁊ oꝛationes ſi ad nos perueniſſent · cauſas & vtilitates
huiuſmodi ritus euidenter nos docuiſſent· D Si quis au
tem querat·quare iſta tria animalium genera ſibi offerri ele/
git de quadrupedibus: videlicet bouem ouem ⁊ capram in v/
troqꝫ ſexu. Reſpondemus quia hec ſunt maxime neceſſaria vi/
ctui humano ⁊ veſtitui: maximeqꝫ apud patres abundabant
In his ergo quibus ipſi maxime vtebantur : maxime voluit
communionem ⁊ participium habere cum eiſdem : & de his
quibus largioꝛ erat beneficentia eius ergo eos: voluit ſibi ma/
ioꝛem recognitionem regratiationem ⁊ honoꝛificentiam exhi
beri . Manifeſtum etiam eſt· quia inter omnia quadrupedia
illa ſcilicet manſuetiſſima ſunt · ⁊ minoꝛi rebellione ſuſtinent
moꝛtem : ⁊ ideo minoꝛi periculo occidentium · preterea aſueti
erant interfectiōi huiuſmodi animalium: vtpote qui eis inceſ=
ſanter veſtebātur maxime poſt diluuium. Familiaria igitur
animalia hominibus: voluit quodammodo ⁊ familiaria eſſe
ſibi·⁊ que maxime in vſu erant hominibus: in vſu voluit eſſe
ſui honoꝛis ⁊ cultus. Amplius: de quadrupedibus iſta mun/
diſſima ſunt · quia ⁊ mundiſſimis viuunt paſcuis : & eoꝛum
mundicie etiam munde ſunt. Amplius: iſta ſunt que totū q̄d
ſunt ⁊ viuunt· neceſſitati hoīm ſunt & viuunt: hoc eſt victui
atqꝫ veſtitui · ſola enim ſunt ſine quibus homines viuere nō
poſſunt·ſine animalibus enim alijs poſſunt viuere hoīes: quē/
admodū ſine porco cane ⁊ eq̊ . Si igiť vite humane neceſſitas
reſpiciatur: ſola illa de animalibus neceſſaria ſunt hominib᷒·
cetera vero ſuperflua quantū ad neceſſitatē vite·q̄re eoipſo q̄
alia noluit ſibi offerri in ſacrificijs: abſtulit nobis occaſioneꝫ
q̄rendi non neceſſaria · dum eis honoꝛari nō voluit nec ea ſibi
offerri : ſolas ergo fruges ⁊ hec animalia ab initio ſibi offerri
voluit·ſicut legitur Geneſis·iiij. E Poſtmodū vero addi
dit turturem ⁊ columbam in ſacrificijs Abrahe: ſicut legitur

Gen̄·xv. In quibus p̄ter hec que munda ⁊ manſueta & vtilia
vſibus humanis ſunt·etiam caſtitas quaſi coniugalis in colū/
bis: ⁊ quaſi vidualis in turturibꝰ inuenitur. Manifeſtum igi=
tur eſt·quia partem ſuam greſſibilium ⁊ volatilium: mundā
manſuetam ⁊ vtilem voluit eſſe dominus: exceptis alijs que
diximus: in quo ⁊ iuxta literam quales ſint qui partem eius
atqꝫ ſortem tranſeunt intelligentibꝰ inſinuauit· ſi enim huiuſ
modi mores requirit in animalibus brutis que in partē ſuaꝫ
elegit quanto fortius in hominibus. Et ſi moribus iſtis vicia
contraria eo vſqꝫ repellit in brutis animalibus: vbi repreben=
ſibilia non ſunt·nec culpabilia: nec punibilia·vt in parte electi
onis ſue ea eſſe non ſuſtineat: quanto fortius in hominibus·
vbi ⁊ culpanda ſunt· & pena digniſſima ea vindicanda dete=
ſtatur & reprobat· vt qui eis contaminati ac deturbati ſunt:
in partem dei nullatenus admittantur. F Paſſer autem
ſuperadditus eſt in lege: ſicut dicemus in ſequentibus·de quo
manifeſtum eſt ꝙ multum ſimilis eſt columbe habitatiōe &
paſtu. Nidificant enim in foraminibus domorum: ⁊ gregatim
volant vt columbe: plurimumqꝫ generationi intendunt·quē/
admodum ⁊ ille: & videtur Abraham·ritum offerendi pecora
munda & volatilia prenominata accepiſſe a Noe: quia Noe
legitur talia obtuliſſe Geneſis·viij·Pauca autem de tot gene=
ribus animalium elegit dominus; & ſibi appropriauit quaſi
reliquias. Quia omnia genera: aut idolatriam ſacrificijs ſuis
execrabilia fecerant·aut augures vanitate obſeruationum ſu/
arum prophanauerant: aut magi veneficijs ſuis ⁊ maleficijs
ſuis odibilia reddiderant·ſicut apparet ex multitudine ſacriſi/
ciorum egiptiorum: que erāt ſexcenta ſexagintaſex genera offi
ciorum. Apparuit igitur ex omnibus his deum voluiſſe quod
legitur in pſalmo. Iuſti epulent̄ in conſpectu dei: de ſacrificijs
multis· propter cauſas quas diximus. De holocauſtis vero
non comedebant offerentes: ſed tota incendebantur: ⁊ huiuſ=
modi cauſas dicemus in ſequentibus. Clarum etiam eſt ex
his: quia ydolatria non dedit actionem de ſacrificijs: quia cū
ydolatria ſactificia fuerunt· ſicut apparuit in Cayn ⁊ Abel.
Preter has autem cauſas ſacrificiorum quas diximus: nulla
fuiſſe videt̄ alimonia ſeu ſuſtentatio ſacerdotū: hoc eſt virorū
diuino cultui ⁊ eruditioni populi vacantium: quibus duobꝰ
officijs vt libere vacarēt·libros eſſe oportuit a ſollicitudine ac/
quirendi victus. G His autem ita ſe habentibꝰ reuertam̄
ad dicendū q̄d eſt altare·⁊ q̄ eiꝰ altaris officia. Eſt aūt altare
diuini honoris titulꝰ ⁊ memoriale inſigne dei propiciatorium
offerentiū & oblatorū ſanctificatoriū ſpiritualis refectionis ⁊

communionis menſa· & per hoc que diximꝰ quatuor altaris officia manifeſta ſũt· Officium ſiquidem altaris· Primum eſt dei honorem & memoriam ingerere ſpectantibus· ꝓpter quod ſcriptum eſt de iacob· qui erexit lapidem intitulũ· Gñ· xxviij· Secundũ officium altaris eſt :vt in eo & per illud proijcietur deus ad ipſum fugientibꝰ: & in eo adorantibus · Tercium eſt ſanctificare munera & offerẽtes in eo· Quartum eſt ſpiritalis vt diximus refectio atqꝫ cõmunio · propter quas edificatum atqꝫ dedicatũ eſt in eminentia quo ad ſitũ· H quaꝫ ꝓpter hoc habebat ·vt aſtans ꝑplꝰs :ꝛ offerentes ·ꝛ ablata viderent· hoc ergo ſub lege de terra ſibi fieri voluit dominus· Exo· xx· vt a conſuetudine ydolatrarũ populum hebreorum aliqualit̃ auerteret · & ipſam ydolatriam ſaltem in hoc modico detruncaret ·ydolatre nãqꝫ altaria magnifice ac preſumptuoſe ſtructure edificabant ydolis: vt ex hoc magis reuerendam ydolatriam facerent· Incepit ergo in hoc deus per iſtam ſcꝫ diſſimilitudinem altaris· ydolatrie memoriam· in ipſa radice ꝛ principio ·videlicet altari delere in cordibus iudeorum :vt ſcꝫ non videntes amplius ſimilitudinarium ydolorum· inciperent obliuiſci eorum· vel propter hoc quia auariſſimi erãt· noluit magnis ſumptibꝰ fieri cultum ſuum· facile enim eſt natura auaris recedere ab omni bono ·quantum id ſit ·dummodo ſumptuoſum ſit· Eedem cauſe ſunt quare precepit ne ex ſectis lapidibus id edificarẽt· videlicet ne reſtaret eis memoria ydolatrie· ex ſectis enim lapidibus edificabant altaria ydolis vt diximus: & figuras ſculpturaſqꝫ faciebant in eis· Adeo enĩ voluit memoriam idolorum aboleri a cordibus eorum: ꝙ nec aurum nec argentum· ydolorum permiſit eis habere in aliquem vſum ſicut legitur. Deutº· vij· in fine capituli· ꝓpter eandeꝫ cauſam prohibuit & nemus plantari iuxta illud: vt legĩt· Deutº· xvj· ꝛ etiam quancunqꝫ arborem. Conſuetudo enim idolatrarum erat ſub arboribus ydolatriam exercere· ꝛ hoc ipſi demones ſuggeſſerant: vt ipã locorum amenitas eos ad ydolatriam prouocaret· ꝛ in eadem artius detineret· In ipſis etiam arboribus pingebantur ꝛ ſculpebantur ymagines demonum ad exercendam ydolatriã· ſicut noſipſi legibꝰ in libris maleficiorũ.

I Gradus etiam ad altare fieri prohibuit· Exodi· xx· propter eandem cauſam· quia ſicut gradus habebant altaria ydolorum in quibus ſinguli ſingulas ſtationes ꝛ genuflexiones faciebant: & hanc memoriam voluit abradere de cordibus eorum· vel ſicut inde ſubiungitur: ne videretur turpitudo poſtriorum ipſorum· hoc eſt· ne viſu notaretur aut perpẽderetur· ſcꝫ ex corrugatione veſtis vel alio ſigno· Non enim veriſimile eſt·

vel non fuiſſe tunc vſum bracarũ · vel ſacrificare vel adorare
volentes·eas deponere·niſi forſitã in ſacris veneris et ſacris pa
pi·vbi execrande et abhominande turpitudines exercebantur
quẽadmodum ſaraceni adorari dicunt·alterius manꝰ digito·
materno infixo podici alterius aũt digito infixo auri ſiniſtre·
eodẽ mõ ⁊ lapides per intermediũ cruriũ ſuorũ incuruati ꝓ=
ijcere ante angulũ quendã domus apud mecham ·in qua eſt
corpus machometi ·vñ erat temporibus illis ridiculoſitas iſta
in ſeruicio ydoli quod vocabatᷣ panar·cui pudendis diſcoop
tis ſacrificabatᷣ·Hoc ergo prohibuit deus:ne ſolum ꝓpter ridi
culoſitatem · ſed etiã ne cultus dei ydolatrie aſſimilaretᷣ·⁊ ſm
hoc vnum mandatũ erit per ſe·Ne videatᷣ turpitudo tua·Sũ=
ma ergo iſtorũ eſt per diſſimilitudinẽ altaris & aliorũ · deum
voluiſſe eos abſtrahere a cõſuetudine ydolatrie·qua veheme
ter imbuti & intime infecti erant. Apparet etiã tibi ex his que
diximus ·quia ritus ſacrificiorũ non ex moyſe·ſed ex patribꝰ
quẽadmodum dixit veritas in euangelio·quia circuncisio nõ
ex moyſe eſt·ſed ex patribꝰ· K De forma vero ſiue figura
thabernaculi · que oraculũ id eſt ſanctũ ſanctorũ habebat ad
occidentem ·ita vt totus populus iſrael non niſi ad occidentē
per ipſam adorare cogerentᷣ·illa cauſa euidentiſſima eſt·vide=
licet vt dei populus auerteretᷣ ab adoratione & cultura ſolis :
ſi enĩ adoraret ad orientẽ ·facto ipſo & ſine intentione in ſolis
ydolatriã recidiuaret:& adorandi ad partem illam aſuetudine
ipſam dei adorationẽ in ſolis idolatriã facile intorqueret·Ado
ratione enim ſolis·ipm̃ ſolem ad orientẽ incuruati adorabant
Voluit gͦ deus adoratores ſuos dorſum vertere ad ortũ ſolis·
vt ſolẽ ipm̃ qn̄tum ad culturam abhominabilẽ redderet·hoc
aũt ſatis euidenter legitᷣ in·viij·Ezechielꝭ·vbi iſta adoratio·vi=
delicet qua ſol adorabatᷣ ad ortũ ſuũ vocatᷣ abhominatio ma=
ior·Ibi enĩ dicitᷣ vidiſti filij homĩs·adhuc ↄuerſus videbis ab=
hominationes maiores his ·& introduxit me in atriũ domus
dñi interius·& ecce in hoſtio templi dñi inter veſtibulũ ⁊ al/
tare quaſi·xxv·viri·dorſa habentes contra templũ dñi·& faci/
es ad orientẽ incuruati adorabãt ad ortũ ſolis & dixit ad me
certe vidiſti filij hominis ·nunq̇d leue eſt hoc domui iuda vt
facerent abhominationes iſtas quas fecerunt hic ⁊c̃· Hec gͦ
dei queruloſitas ⁊ clamor tam frequens aperte indicat·ꝙ ado/
ratio iſta quam faciebant ad ortum ſolis ·adoratio ydolatrie
erat·Non eſt autem dubiũ ·quin adoratio ſolis verſus illam
partem fieret·hac igitur prudentia ·poſitio thabernaculi & fi/
gura iſta fuit:Eadem eſt cauſa poſitionis ſiue ſitꝰ altaris tha
abernaculi ·& aliorum altarium ·ſi duo fuerint· altare incenſi·

& altare thimamatis. ꝛ veriſimilius eſt: vt ymolantes & thu/
rificantes domino. dorſum haberent ad partem adorationis
ydolatrie. L Altare vero holocauſtoꝝ͂ idcirco ſub diuo
erat. hoc eſt ſub aere libero: ne ignis ſacrificioꝛum & vapores
thabernaculū denigrarent atqꜫ dehoneſtarent: & ne fetoꝛ cada
uerū ſacrificioꝝ͂ ipm fetidū redderet. ꝛ ideo deſpicabile atqꜫ
abhominabile M Scito etiam quia altaria ydoloꝝ͂ intra
templum ipſoꝝ͂ erant. Voluit ergo deus altare holocauſtoꝝ
habere liberam euentationeꝫ. ꝓpter n doꝛem ſeu fetoꝛum cada
uerum ymolatioꝛum: & vt diſſimilem haberet poſitioneꝫ ſiue
ſitum altaribꝫ ydoloꝛum. Candelabrū vero cum. vij. lucernis
ſuis precipit erigi a parte meridiei contra aquilonem ſm Io
ſephum. in figuram ſeptem planetarum. Menſam vero ꝓpo=
ſitionibꝫ cum panibus ad partem aquilonis in mundo iſto.
& ꝓpter hoc. quia fertilitas cibi ſignificat͂ in panibꝫ. pars enī
auſtralis terre noſtre habitationi appoſita inhabitabilis eſt:
Alijs vero viſum eſt q̇a fons vitalis caloꝛis & luminis in par/
te celi meridionali eſt. & ideo in deſignationem huius. candela
brum ignis & luminis ſtare precepit ad partem illam. Exad
uerſo vero ad partem aquilonis poni precepit menſam ꝛ pa
nes ꝓpoſitionis. videlicet quia eſca. nutrimentū eſt vitalis ca=
loꝛis. & hoc in parte mundi aquilonari maxime abundat. Sꝫ
hec quid proderant intuentibꝫ & non intelligentibꝫ. huiꝰ igi
tur cauſa fuit circa literam: vt offerentes ꝛ adorantes in dei ta
bernaculo ꝛ in eius altaribꝫ. ab ipſo videre lucem ꝛ nutrimen
tum ſe obtinere cognoſcerent. & ex eius ſeruicio quod in eo/
dem thabernaculo fiebat. iſta ſperarent. Amplius inter largi/
tionis diuine beneficia exterioꝛa iſta. maxime ſalubria. maxi=
meqꜫ neceſſaria ſunt. lumen & eſca. hoꝛum igiͭ datoꝛem. ſeu
per candelabrū. vij. lucernarū. & menſam ꝓpoſitionis deſigna
re voluit deus. et etiā polliceri. ac ſi diceret cultoꝛibꝫ ꝛ adorato
ribus meis iſta pollicéoꝛ ꝛ largioꝛ. voluit etiaꝫ oñdere. quia in
domo eiꝰ iſta ſint & abundauit. ſicut legiͭ baruch. iij. Diſce
vbi ſit longiturnitas vite ꝛ victus. vbi ſit lumen oculoꝛum &
pax Longiturnitas vite ꝛ victus in panibꝫ ꝓpoſitionis ꝛ re/
nouatione eoꝝ͂. Lumē vero in candelabro luminis facile erat
intelligi. vel voluit hocipſo inſinuare ſe eſſe deum cui ſeptem
planete ſeruiunt. Et quia ipſe eſt datoꝛ eſce: non eſſe res tres.
ꝛ ꝓpter hoc non eis: nec huic. ſed ipſiſoli ſeruiendum N
tota vero figura thabernaculi ꝛ operimenta ipſius operimen/
toꝝ͂qꜫ coloꝛes mundi iſtius figura erant. Supremū enim ope
rimentum indutū ex pluribꝫ iacinctis figura erat etheris ſiue
celi. Secundū vero quod erat ex pellibꝫ rubricatis. figura erat

ignis·Tercium vero quod erat ex ſagis cilicinis·quod ad pro
tectionem tentorij interioris erat·ad ſuſtinendum impetū im=
brium·& ventorum· ꝛ alias iniurias aeris:non ꝓpter deſigna
tionem aliquā fuiſſe videt̄·maxime ſi color eius cilicinus erat
verum huiuſmodi color nec decori nec honori cōgruebat tha
bernaculi·tentorium vero interiuſq̄ operiebat ſancta ꝛ ſancta
ſnactorum·figura erat & celi·ꝓpter iacinctū:& ignis ꝓpter co
ctum atq̄ ꝓpter purpurā·cuiꝰ color nobiliſſimꝰ ex aquis ſu=
mitur·videlicet ſanguis piſcis qui vocatur·& terre ſimiliter fi
gura erit ꝓpter biſſum·Biſſus enī ex terra gignit̄. Ex his enī
quatuor coloribꝰ miro artificio ꝛ pulcritudine·intextum erat
tentorium habens intexturas omniū florum·quos gignit hu
mus ſ̄m Ioſephum in quo etiā figuram terre gerebat· Totū
igitur thabernaculū figurā totius mundi gerebat·ꝛ ꝓpter hº
adorantes in eo·eo ipſo ſe deū·& dn̄m mundi adorare profite
bant̄· Quare enim tabernaculū dei & domus eius totus mun
dus eſt· vn̄ in circuitu eius thabernaculū eius ·ſpiritaliter tn̄
celum thabernaculū dei dicitur:ſicut legitur in p̄s· Introibo
in locū tabernaculi admirabilis vſq̄ ad domū dei·Ipſa igitur
forma· ſua extenſione deſuper celi preferebat figuraꝫ·ipſumq̄
ſignificabat tentoriū ſic contextum ·Et ꝓpter hoc adorantes
in illo & ad illud·in habitatione celi ac dominatore ſe adorar̄
eo ipſo oн̄debant· O Septem vero lucerne in candelabro
quod erat ad partē auſtralem euidenter ſeptem planetas deſi
gnant ſatis congruenter & ſatis apte.Has ergo voluit eſſe a
ſiniſtris adorantium·ꝛ ymolantium·ne ſi ſtarēt ante eos ado
racōnes & ymolacōnes que deo fiebant in ydolatriam ſeptē
planetaꝝ de eis fieri videretur·ſicut diximus de adoracōne ad
ortum ſolis.Non decebat autēꝫ vt adorantes & ymolantes lu
cernas haberent poſt dorſum·inutiliter em̄ luceret eis·voluit
ergo ſapientiſſimꝰ deus vt eſſent lucerne a ſiniſtris eorum in
parte auſtrali·tn̄ quia ipſi planete ad auſtrum totaliter ſunt
tū quia zodiaci latitudinē qui totꝰ auſtralis eſt nunꝙ̄ exeūt·
tū etiā ꝓpter hoc vt cōgruentius lucerent ymolantibꝰ & ado
rantibꝰ·& ꝑ hanc poſicōnem ſeu ſitum candelabri·nō ſolum
ydolatriam ſeu ydolatrie ſpecies declinabatur·nihil enim eis
venationis impendi videbatur·nec eis ſ̄uiri·ſed magis ipſe lu
cerne ſeruire·quia vero in ſacris lune panes offerebant̄·ſicut
ſupiꝰ oн̄dimꝰ·ex teſtimonio Geremīe placentis·q̄ fiebant re
gine celi.Adeoq̄ dediti erāt hꝰmōi ſ̄uicō·q̄ nō ſufficiebat eis
vt mlieres hoc agerēt·ymo filij colligebāt ligna·ꝛ p̄res ſuccē/
debant ignē·ꝛ mlieres ꝯſpgebant adipeꝫ vt hꝰmodi placente
fierēt lune.Sicut em̄ legit̄ nō fuit facile eas ſubito abrumpi

ab huiuſmodi conſuetudine: & ideo factum eſt p̄cipiente deo
vt ſaltem paulū quaſi per regirationem adducerentur ab illa
Non enim facile fuit huiuſmodi ꝯſuetudini deditis non vidē
menſam panū in tabernaculo dn̄i· quā videre conſueuerant ⁊
ip̄m implere in domo ydoli· qua ꝓpter poſita eſt menſa in tha
bernaculo dn̄i ad aquilonē: non directe ante ip̄m oraculum· ⁊
iterum prohibitus eſt ꝑplus panes ponere in menſa illa & de
panibꝰ etiā illis edere· ſoli enim ſacerdotes iuſſi ſunt: & panes
illos ponere· ⁊ ſolū illis ꝯceſſum eſt inde comedere · Vides g°
ꝙ iſta triplici diſſimilitudine ab idolatria q̄ſi regirauit eos de
us ⁊ longauit aliquatenus· videlicet ipſa poſitione & ſitu men
ſe· Et iterū prohibitione ponendi panes· ⁊ prohibitione veſtē
di ex eis· Menſam enī ꝯſueuerant videre directe ante ydola q̄
bꝰ in ea panes offerebant· Ampliꝰ ꝑplus adeo erat rudis ⁊ pu
erilis· ſi non videret carnes ſacrificioꝝ ex vna parte: ⁊ menſaꝫ
panū ex altera· quia talia in domibꝰ idoloꝝ videre ꝯſueuerāt
& eis veſci· facile in errorem ſtulte credulitatis inciderent· qua
culturam ydoloꝝ meliorem crederent q̄m eſſet cultura dei: Si
adeo minorē abundantiā talium in tabernaculo dei ꝯſpicerēt
q̄m videre ꝯſueuerant in domibꝰ ydoloꝝ· Sicut enim deos ar
genteos & aureos· maioris· minoris· ⁊ ſublimioris potentie pu
tabant eſſe q̄m plumbeos vel ſtanneos · ſic culturam ſalubreꝫ
ac ſanctiorē eadem inſipientia crederent· quia altare refercius
haberet cadaueribꝰ & menſam panibꝰ cumulatiorē · Ab hac
ergo ſtulticia datū eſt eis ne in eam inciderent· & a ꝯſuetudīe
qua profunde infecti fuerant aliquatenus abſtracti · & ſi non
radicitus auulſi ſunt P Duo cherubin in abſcondito · vi
delicet intra oraculū poſiti ſunt: ne ſi apparēnt adorent̄ a ꝑplo
in dei cultu. Vnde firmato adorari nihil videret̄· Nihil enī q̄d
adorari poſſet apparere voluit dn̄s in tabernaculo ſuo tempoē
illo· ſciens leuitateꝫ & lubricitatē populi iſtius· quibꝰ occaſio
ne leuiſſima reciderent in ydolatriā conſuetaꝫ· Nec ymagines
cherubin apparere voluit · qui enī ymagineꝫ vituli pauloante
adorauerant· qualiter ſe ab angeloꝝ ymaginibꝰ continerent:
ne eas ſcꝫ adorarent̄ · & ꝓpter hoc dicebat eis dn̄s· Deut°· iiii·
Non vidiſtis aliquā ſimilitudinē in die qua locutꝰ ē dominꝰ
vobis in oreb· Ne forte decepti faciatis vobis ſtulptam ſimili/
tudinem aut ymaginē ⁊c̄ · Significauerunt etiam due partes
tabernaculi duos mundos· ſiue duas partes vniuerſi· videlicꝫ
mundū ſpiritualē ⁊ mundū ſenſibilem· Oraculū enim quod
abſcondebat̄ velo & erat abſconſum populo· vbi erant ꝓpicia
torium & archa ⁊ due ymagines cherubin· in quarum medio
apparebat dominus & inde dabat rn̄ſa· Significabat ſeculum

alterum habitationem ſcʒ et patriam ſpiritualiū ſubſtantiarū vbi deus apparet ſicuti eſt: et iſtud ſeculū in abſcondito hoīm eſt: et velatū hominibꝫ· velum aūt qꝫ illud abſcondit ab hoībꝫ et homines ab ipſo ſeparat· mundus ſenſibilis eſt · etiam ꝓpter hoc non videt̄ ab hominibꝫ: nec in id intrant niſi cum velum iſtud tranſierit· aut cū ablatū fuerit a conſpectu eorū hoc eſt de medio. Mundū aūt ſenſibilem expreſſe ſignificabat· Velū per· iiij· colores in quibꝫ contextū erat qꝫ iā ſupra noīauerimꝰ et hoc pro parte dicit aplꝰs ad Hebre· ix· ſignificante ſpiritu ſancto: nondū ꝓpallatam eſſe viam ſanctorū. Reliqua vero ps tabernaculi que vocabat̄ ſanctū· ſiue ſanctuariū· ſiue ſancta: et erat ex parte ꝑpli abſqꝫ interpoſito · mundū ſenſibilē figurabat· Et ipſo velo quo claudebat̄ per colores et intexturas que in eo erant· in dei faciem proferebat·

¶ Circunciſio quare data ē ve· le· ¶ Ca· VII·

Via vero circunciſio de his erat que ante legem pr̄ibꝫ impoſita ſunt: et non videt̄ habere in ſeipſa vtilitatem aliquā excepto ſolo obedientie bono · neceſſe habemꝰ aperire cauſas eiꝰ lr̄ales et vtilitates quas habet preter iſtud bonum· A Harū ergo prima ē debilitatio libidinoſe concupīe· que viget in mēbro illo virili· ex vulnere circunciſionis et effuſione ſanguinis que in ea fit. Secunda expoſitio partis iſtiꝰ pulpe mēbri iſtius frigori et defricationibꝫ veſtium ex q̄bus omnibus efficitur minus ſenſibilis· quemadmodū et manus duris operationibꝫ aſſuete minus ſenſibiles minuſqꝫ paſſibiles inde reddūtur · Nihil autem in parte illa magis minuit aut debilitat concupiſcentiam qm̄ diminutio ſenſibilitatis et paſſibilitatis illius · Tercia cauſa: vt pars illa que maxime in partibus illis viliſſimos homines faciebat· maximeqꝫ nobilitatem humane nature impugnabat vilificaret̄ et impugnaret̄ in primis· Quarta in ſugillationem veneris et pricipū in quibus pars illa tanqm̄ pars et occupatio veneris in corpore humano· non parum ornabatur et colebatur· Hec enim erat ps carnis que maxime pugnat contra ſpiritum· ſicut et maxime pugnat adhuc · maximeqꝫ cōtaminauerat populus terrarum illarum · ita vt in omnia flagicia non ſolum maſculorum ſed etiam brutorum animalium proruebāt · ſicut legitur Leuiti· xviij· Omnes execrationes iſtas fecerunt accole terre q̄ fuer̄t añ vos: et polluerūt eā· et iterū eiuſdem· xx· Omia hec fecer̄t et abhomīatꝰ ſum eos· hec etiā plaga effrenate ac flagicōſe libidīs

gentes illas·vij·execrabiles·que terram promiſſionis ante ad=
uentum filioꝝ͂ iſrael inhabitauerat ·in ydolatria nutriebat ac
potiſſimum detinebat·Quinta vero cauſa eſt foꝛtitudo impꝛſſi
onis memoꝛie creatoꝛis & pacti eius ad abraam·abraeqꝫ cum
ipſo·Eſt enim circuncisio ſignaculum ⁊ ſtigma inſeperabile·
grauiſſimoqꝫ doloꝛe impreſſum · & ꝓpter hoc foꝛtiſſimum eſt
memoꝛiale creatoꝛis ⁊ pacti eiuſdem·quia pactū de duobꝰ eſt
videlicet de caſtitate ſpirituale qua deo adheret̄ per cultum &
receditur a flagiciis·⁊ reſtringit̄ ac reſcinditur effrenitas libi=
dinis·ad minus vſqꝫ ad coniugiū·Huius ergo pacti memoꝛiā
referat circunciſionis ſignaculū·ſicut legitur Gen̄·xvij·vbi di
cit deus ad abraam·Statuaꝫ pactū meum inter me et te :⁊ in
ter ſemen tuū poſt te in generationbꝰ tuis federe ſperno ·& ite
rum·hoc eſt pactum meū circuncidetur ex vobis omne ma
ſculum ⁊c̄·quare manifeſtū eſt·quia hoc ſignaculo profitetū
omnis circunciſus ſe huiuſmodi pactū ſeu fedus iniſſe cum
deo :& ipſa ſuſceptione intrat in pactū ac fedus abrae ·& ipſa
ſuſceptione illius obligat ſe ac debitoꝛem ſe conſtituit ·vniu̓ſe
legis que ſemini abrae data eſt · ſicut dicit ap̄lus ad Galla·v·
Teſtificoꝛ omni homini circuncidenti ſe·qm̄ debitoꝛ eſt vniu̓=
ſe legis faciende·queādmodū ſuſcipiens ſignaculum·hoc eſt
tonſuram·& habitū cuiuſcunqꝫ religionis ad eam ſe obligat
vniuerſam·queādmodū ſuſcipiens crucē rubeam ad religio=
nem templarioꝝ͂ ſe obligat·& ſuſcipiens albam ad religioneꝫ
hoſpitalarioꝝ͂ B Sex igitur ſunt cauſe ⁊ vtilitatis circū=
ciſionis literalis in vniuerſo· Prima ac precipua eſt quā nos
nouiſſimā poſuimus·videlicet firmitas pacti ac federis cū deo
quod pactū·⁊ fedus pactum ꝯiugale eſt ac fedus ſpiritualiū
nuptiarū·quo deo adheretur caſtiſſimo cultu:⁊ ab idoloꝝum
foꝛnicatione receditur·Quid aūt habeat ſacramentalis virtutꝭ
alibi determinat̄·Siquis aūt querat vtrū ⁊ mulieres hebreo
rum debitrices ſint huiuſmodi pacti ⁊ federis·cū ſignaculum
circunciſionis nec ſuſcipiant nec habeant ·dicimus ꝙ ſic cum
ſint de ſemine abrae· Pactum enim et fedus iſtud initium eſt
inter abraā ⁊ ſemen ſuū ac deum. Intrant aūt in pactū abrae
per quedam baptiſmata ⁊ traditiones·que in coꝛpore legis n̄
inueniuntur.Suꝑplebat̄ aūt eis ſacramentalis virtus circunci
ſionis per quedaꝫ·quoꝝum vmbre vaniſſime omninoqꝫ a fru=
ctu vacue·apud iudeos adhuc extant·⁊ obſeruant̄·licet in moꝛ
tem ſeruantiū·et perditionem ·ſicut ⁊ alia legis cerimonialia
que ceca pertinacia adhuc deſerere contemnunt non intelligē
tes quia cerimonialia legis fuerunt eis vſqꝫ ad tempus coꝛre
ptionis impoſita·ſicut legitur in·ix·capi·ad Hebre·ſeruientes

ſolūmodo cibis & potib9: & in varijs baptiſmatib9 ⁊ iuſticijs carnis vſq3 ad tempus correptionis impoſitis. Iuſſa eſt autem fieri circunciſio octaua die a natiuitate paruuli. & hoc in lege quoniā ante octauam diem teneritudo infantium tam graue vulnus abſq3 periculo mortis non facile ſuſtineret. Si autem differtur vſq3 ad annos puericie vel maioris etatis. multi de= clinarent eam ſuſcipere ꝓpter grauitatē doloris. & propter h° nouicio adhuc populo hebreorum non indixit ſtatim moiſes circunciſionē ſed dilata fuit vſq3 ad Ioſue. qui populū circun cidit ſecundo. ſicut legit̄ Ioſue. v. vel quia forte nō vacabat eis vel quia bellis concuciebant̄. vel peſtib9 vaſtabant̄. vel ſeditio/ nib9 diuidebantur. vel murmurationib9 exagitabant̄. vel alijs incomodis vrgebant̄. vel ita obtenta erat conſuetudo circun= ciſionis a patrib9 & apud eos obſeruata. vt impoſitione vel replicatione non indigerent. Locus ergo fuit circunciſioni fa ciende firmato populo in fide abrae: ⁊ obtentis pro parte pro miſſionib9 eiuſdem factis. Tunc enī innouandū fuit pactum abrae ⁊ firmandū ex parte ſeminis eius. cū firmū apparebat ex parte dei. & hoc per exhibitionē promiſſorū C Ꝙ aūt cultro lapideo fieri iuſſa eſt. obtentū videt̄ fuiſſe a ſephoro. q̄a cum occurriſſet dn̄s moyſi volens occidere eū. vel eo ꝙ filius eius eſſet incircunciſus. vel pro eo ꝙ diuerterat a recto itinē egipti quo eū mittebat dn̄s. tulit ſephora illico acutiſſimam petrā & circuncidit illū. Forſitan autē non propter aliud vſa eſt ſephora petra ad opus iſtud. qm̄ ꝓpter feſtinationē. qua= cunq3 aūt ex cauſa hoc fecerit. hoc tn̄ ita obſeruatū eſt & ob ſeruat̄ hodie apud hebreos. ⁊ in. v. Ioſue autoritate diuina fir matum. vbi inquit Fac tibi cultros lapideos ⁊c. Cauſa autē in hoc fuiſſe videtur quia malefici ferro faciebant inciſiones in corporib9 ſuis. & maxime in ſacris. Metallū enim ferri me= tallum martis: ⁊ partē eius in metallis opinabat̄ ydolatrarū vanitas. Voluit ergo ritum iſtum per aliud qm̄ per ferrū ex= erceri. vt ſaltem hac diſſimilitudine aliqua. de9 eos ab ydola= tria abduceret. vel vt fedus quod cum eis pepigerat in petra oreb eis per hoc ad memoriā reduceret. vel ꝙ aquam de petra eis produxerat. in aſpectu cultrorum lapideorū recordarētur vel vt lapideorum cordium ſuorum duriciam in huiuſmodi cultris legerent in ipſa hora circunciſionis. vt ſic ad penitu= dinem emolirent̄: ⁊ cordium ſuorum duriciam ſentirent inte= rius per conpunctionē. quemadmodū cultrorum huiuſmodi duriciam corporalem per circunciſionē. Legimus aūt Iſaie. l. Abraam cum quo pactum circunciſionis primo initum eſt petram vocatum a dn̄o. Attendite inquid ad petra3 vn̄ exciſi

eſtis ⁊c̄. Salutare enim erat ymo valde neceſſarium pactum
abrae per circunciſionez intrantibꝰ. recordari infirmitatem &
conſtantiaz abrae. que tam fortiter tamqʒ fideliter deo adheſit
ꝓpter quod petra vocatus fuiſſe videtur a deo. Et forſitan ipſe
abraam ex precepto dei cultoris lapideis circunciſionem cele
brauit. vt firmitas pacti illius ⁊ federis ſic oſtēderetur. Petra
enim fundamentū eſt fortiſſimum edificiorum. ſic ⁊ deſponſa/
tio ſiue ille contractus ſpiritualis coniugij. fundamentum eſt
⁊ firmamentū ſupportans totum ſancte conuerſationis edifici
cium. Et ipſe abraam totiꝰ veteris: hoc eſt iudaici populi fuit
precipuum fundamentum. ꝓpter hoc igitur in petra merito fi
eri precepta eſt circunciſio: vt agnoſceretur totius iudaici ri=
tus eſſe fundamentum atqʒ principium ⁊ fulcimentū firmiſſi
mum. quo ſublato totus collaberet̄ ⁊ rueret: vel vt petre quaʒ
diximus abrae ſcʒ pactū. ſe intrare cognoſcerent circunciſi

## ¶ De his que ſunt abſurda & ridiculoſa in lege hebreorum. ¶ Capi. I.

Oſt hec tranſibimus ad ea que in lege videntur abſur
da iuxta literā. & ꝓſequemur A Primū mandata
huiuſmodi. Deinde immundicias legales in viris &
mulieribꝰ. Tercio immundicias animalium. Quarto ſacrificia
⁊ ea que ſacrificijs annexa ſunt. Quinto de lepris. Sexto com
mixtiones animaliū ⁊ ſeminum diuerſorum generum. Septi/
mo loquemur de veſtibꝰ ꝓhibitis. Huiuſmodi aūt mandato=
rum. Primum eſt requies diei ſabbati. cuiꝰ due cauſe in lege
exp̄ſſe ſunt vna in ſecūdo Gen̄. & in. xx. Exo. videlicet in vno
die ceſſauit deus ab omni opere q̊d patrarat. Secundo vt me=
mores eſſent hebrei. q̄a requieſcere eos deus fecerat a laboribꝰ
egiptiace ſeruitutis. operibꝰ inq̄m duris & lateris. Et hec cau/
ſa legit̄ Deut°. v. Idcirco precepit vt obſeruares diem ſabbati
Tercia vero cā eſt licet in lege non ſit expreſſa: vt parte illa tē/
poris. i. die ſeptima ſoli diuino cultui. hoc eſt laudibꝰ ⁊ oratio
nibꝰ ⁊ ſacrificijs & eruditioni populi vacaret̄. Alioquin ſerui
lia opera totum tempus habentia. Dei memoriam ⁊ legis ſue
ſcientiam cultuſqʒ ipſius honorificentiaʒ. de medio tollerent ⁊
obliuione delerent. Non cū dilicijs & epulis carnalibꝰ diem
illū deputauit deus. ſed magis illū ſacris exercitationibus. &
ſancto ocio conſecrauit. benedixit enī diei ſeptimo & ſanctifi=
cauit illū vt legit̄ Gen̄. ij. Non eū expoſuit deliciarū carnalium
ſpurcicijs polluendū. Quartaʒ cauſaʒ aſſignant quidē quietē
venturam de ſeptima die. hoc eſt ſeptimo millenario annorū

ſeculi quod credunt·vij·annorum milibus finiendum· Hanc autem quietem intelligunt ·ceſſationem conflictus·iiij·elemẽtorum·ex quo eſt omnis generatio ⁊ corruptio in mundo nature ſue mundo inferiori·qui eſt mundus lunaris:& cum iſta ceſſatione credunt etiã ceſſaturum eſſe motum omnium celorum·ſtellarum atq; luminarium:& tunc vere ceſſabit ipſe deus ab omni opere quod patrarat·cum omnis creatio & generatio ceteręq; operationes creatoris·ceſſabunt·cum nec creabitur quicq̃ȝ nec generabitur · Impleto numero vniuerſitatis atq; decore·licet autẽ verum ſit generationẽ & corruptionem ceſſaturam eſſe ·de ceſſatione tamen motuum celeſtium & ſeptenario millenario annorum nihil certum habent·Et inſup iſtud poti9 miſticum eſt q̃ȝ literale verum·de hoc in deſtructione erroris Aariſto·qui poſuit eternitatẽ mundi & de alijs erroribus qui circa hoc ſunt latius dicemus· B propter quid autem ſeptimum diem potius q̃ȝ alterius numeri ad hoc elegit· Illa ratio eſt quia cum creatio mũdi dominica die ceperit.Conſummatio eius completa eſt·vij·die que fuit dies ſabbati Quidam dicunt quia dies illa ſaturni eſt · Saturnus autem eſt proprius planeta & dux regni hebreorum·& propter hoc naturali inſtinctu licet penitus neſcientes obſeruatione diei huiuſmodi honorant eum·⁊ celebritate ſeu ſolennitate illius natura reddente ei honorem debitum tanq̃ȝ duci & rectori populi iſtius· Hunc autẽ errorem cum alijs qui ſunt de diuerſitate legum pro parte deſtruemus in ſequentibus · Scito autem generaliter · ꝙ in mandatis que aperte videntur habere ſurditatem·⁊ nullam ſm̃ literam vtilitatem·intẽditur elongatio ab ydolatria · Quemadmodum in iſto mandato quod legitur Exodi·xxij·Maleficos non patieris viuẽ·prout malefici intelliguntur magi ⁊ incantatores huiuſmodi enĩ homines omnes idolatre ſunt·ſicut docebimus in tractatu de ydolatria·Et quia non in his ſolis hominibꝫ ſtaret ydolatria ſi viuere permitterentur· ſed etiam perragaretur in populum iuſſi ſunt tolli de medio·In hoc vero ꝙ prohibiti ſunt habere fermentum in domibus ſuis & comedere fermentum ·contra ydolatriam factum eſt·cuius conſuetudo erat· & fermentatos panes offerre·& ſuper fermento vel fermentatis fundẽ ſanguinem victimarum·& propter hoc expreſſe ꝓhibitum eſt Exo· xxiij·vbi dicit̃·Non ymolabis ſuper fermento ſanguinẽ victime tue· C Cur autem iuſſi ſunt agnum paſcalem comedere in egreſſu de egipto·tenes accincti · baculos t enentes in

manibus·aſſum igni non coctum aqua·& cum lactucis agre/
ſtib9·& iterum non confractis oſſib9 ·vna cauſa fuit feſtĩatio
qua compellebantur exire de egipto · ſicut legitur Exo·xĩ·&·
xij.Et propter hoc dictũ eſt eis·Exo·xij· In vna domo come
detis ne efferatis de carnibus eius foras·Non enim poterat eis
vacare mittere tũc exenia·nec medullas ex oſſibus extrahere·
Secũda cauſa fuit vt eis imprimeretur memoria amaritudi=
nis per lactucas agreſtes.& tribulationis per ignẽ quas paſſi
erant in egipto ·& propter hoc gratiores eſſent liberatori deo·
Similiter ꝙ precepti ſunt azima comedere ·tunc cauſa fuit fe=
ſtinatio quã diximus·ſicut legitur Exodi·xij·vrgebantq3 egi
ptij populum exire de terra velociter · In hoc autem ꝙ agnũ
in ipſa egipto ymolare iuſſi ſunt·ꝛ ſanguinem eius linire ſup
liminaria domorum ſuarum : & vtrumq3 poſtem · aperte ab
ydolatria egiptiorum edocti ſunt recedere :& contrarium cul=
tum ſuſcipere·Egiptij enim arietem colebant :& propter hoc
comeſtionem arietis aut agnum mortiferã ſibi putabant ſan/
guinemq3 eius peſtiferum ·ad intrandam igitur prudentiam
in his libertatis filijs iſrael ꝛ ritui diuino quodammodo initi
ati:vt ſimul & a ſeruitute egiptiaca eriperentur :& a ſeruitute
nephande ydolatrie liberarentur·ſalutiferamq3 experirent co/
meſtionem agni:& eiuſdem ſanguinem a morte protegentem
Similem cauſam habet & id mandatum quod legitur Exo·
xxiij·Non coques edum in lacte matris ſue·in natura enĩ ſua
nihil habet immundicie edus: nec lac caprinum·nihil habet
etiam malicie·hoc eſt nocumenti contra ſanitatem corporalez
propterea vtrũq3 licitum erat eis comedere vel bibere ·qua de
cauſa igitur coniunctio amborum eiuſdem probibita eſſet ·
edus enim ꝛ lac·mundus cibus ꝛ licitus eſt ſm legem·Prete
rea non eſt adeo lautus aut delicatus huiuſmodi cib9:vt pro/
pter h° merito probibendus eſſet·Amplius·quare prohibuit
hic potius de edo qm̃ de agno vel de vitulo·Ex his ergo om
nibus conſequens eſt ·aliquam conſuetudinem idolatrarum
voluiſſe deum per hoc remouere·vt dei populus diſſimilis eẽt
ydolatris:non ſolum ritu·ſed viuendi aut veſtendi conſuetu/
dine·huiuſmodi autez ſignum validum eſt·ꝙ iſta prohibitio
reperitur Deutro·xiui·& Exodi·xxiij·vt fortius ei imprimere
tur ·ex hoc enim patet vehementer deo diſplicere contrarium
ipſius· Cũ g° non in eo inueniat̃ cauſa ꝓhibitionis ſue ·nc̃ce
ẽ vt ꝓpter aliud ꝓhibitũ ſit q̊d deo nõ mediocrit̃ diſplicebat
ꝛ ꝓpter h° nõ pt̃ eſſe niſi idolatria·vel aliq̊ mõ ducens ad illã·

D De huiuſmodi eſt & illud mandatum quod legitur
Deutᵒ·xxij·Si ambulans per viam·in arbore vel terra nidum
auis inueneris ⁊ matrem pullis vel ouis deſuper incumbantē
non tenebis eam cum filijs·ſed abire pacieris·captos tenens fi
lios vt bene ſit tibi & longo tempore viuas·quod quidem ri=
diculoſe ⁊ pueriliter dixit preceptū eſſe cauſa pietatis·ne ma
ter filios perdens & occiſa nimis ſimul affligeret̃·quare du=
plici contritione contrita·In quo & credit ipſe deum inſinua
re filijs iſrael·qm̄ miſericordes debēt eſſe in homines qn̄cunqꝫ
parcere ab afflictione eorum·Nam & auibꝰ ſic parcere eos vo
luit ab afflictione·ꝓpter hoc dicimus ꝙ id bonum non eſt tm̄
nec vllo mō deo adeo placitū vt tanta mercede ab eodeꝫ remu
neretur·quanta legis obſeruantia vniuerſa·quis eniꝫ audiat
& riſum contineat pro dimiſſione vnius auicule tantam mer
cedem promittere·quantā pro vniuerſorum mandatorum ſu/
orum obſeruatione·Amplius·magis eſt parcendum filijs ſi
pietas ibi locum haberet·cum filij nec ſibi nec alijs poſſent cō
ſulere·& matre adhuc indigerent·Ipſa vero non indigeret eis
Maiori ergo crudelitate detinentur & occiduntur filij in cau̅
iſto qm̄ mater·Ne dubites ergo vel aliquam ydolatriam vel
aliquod idolatrie falſe·ſapientiſſimum deum per hoc mandatū
voluiſſe damnare.Sic enim malefici explorabant coitꝰ ſeu cō/
mixtiones quorundā animalium:vt illa hora interficerent ea
de corporibꝰ eorum·vel puluereꝫ darent eis quos vellent ardo
re ſue libidinis inflamare·credentes corpora eorum vel pulue=
rem ſi illa hora occideretur·hanc virtutem habere·ſic & de ma
tre ouis incumbante.vel pullis ſi ea hora caperetur·fecundita
tem ⁊ fortunaꝫ in nutriendis filijs poſſe preſtare·⁊ hoc ſcimꝰ
ex multis ſimilibꝰ que legimꝰ in libris maleficorum·Voluit
ergo hoc remouere miſericors deus a cordibꝰ eorum:ne aliun
de fecunditatem quererent generiſqꝫ multiplicationem:⁊ lon
geuitatem aliūde quererent·vel ſperarent·qm̄ ab ipſo·⁊ ꝓpter
hoc dixit:vt longo viuas tempore·Amplius·obſeruatores au
guriorum fauſtam ⁊ fortunatam reputabant inuentioneꝫ ni=
dorum cum matre ⁊ filijs·vel cū matre & ouis:⁊ ideo dogma
tiꝫabant non eſſe offendendā matrē nec filios:nec ſeparandos
eos abinuicē·Quidqd enī contra nidū ſic inuentum facerent
ꝯtra fortunā facientis fieri credebant·ſed nidum cum omnibꝰ
in eo ſic inuentis ſeruari ꝑcipiebant tanqm̄ bone fortune cām
bonā quandā.Vn̄ qm̄diu ſeruabant nidū huiuſmodi cū om
nibꝰ in eo inuentis illeſum tādiu eis bene viuere ⁊ eſſe·Si vo
diſſiparent·aut aliqd de inuentis iumentis lederent·diſſipari
domos ſuos:& ꝙ matri vel filijs vel ouis malifacerent·hoc ſe

vel filios eorum eſſe paſſuros pro certo ſcirent. Queadmodū adhuc eſt opinio multorum inſipientium & vetularum que ab eorum cordibus auelli non pt fauſtā eſſe inuentionē acus vel obuli: ꝛ magis fortunatā eſſe qm̄ magni ponderis argenti vel auri. & ideo cuſtodienda eſſe artiſſime tanqm̄ fortune feli/cis vel bonorum euentuum cauſas & pignora certiſſima. Alioquin in perditione eorum perduntur illa bona. Volens igitū miſericors deus hanc ridiculoſaꝫ vilitatem opinionemqꝫ mēdacem. delere de cordibꝰ eorū. bonū quod ſperabant ex conſeruatione matris vel pullorum ouorum cōiunctione. poſuit in contrario. videlicet in dimiſſione matris: ꝛ captione & detentione filiorum. Non ergo ꝓpter bonitatem quā haberet in ſe dimiſſio auicule. captioqꝫ & detentio filiorum tam magnificam mercedē promiſit dominus. ſed propter deſertioneꝫ vaniſſime ſuperſtitōis. & elongationem ab ydolatria. atqꝫ ſuſceptioneꝫ vere credulitatis & bone ſpei firmationem E De iſto gn̄e videtur & id quod legitur Deut°. xxv. Non ligabis os bouis triturantis. licet enim videri poſſit dictum eſſe & contra auariciam iudeorum qui eo vſqꝫ parcebant frugibus: vt nec boues triturantes inde comedere permitterent: ꝛ ne hanc auariciam in vindemiatores vuarum extenderent: non permittentes eos ſimiliter de vuis comedere vel de muſco bibere. quod erat innata eis auaricia intoleranda. tn̄ conſuetudo eorū qui boues eo vſqꝫ abhominabanẗ. vt de frugibꝰ ſuis non ſinerent eos comedere in mandato iſto percuſſa eſt. & oſtenſa equitas. qua iuſtiſſimum eſt vt qui ꝑticipat in labore participet in comeſtione. F De iſto genere ſunt ꝓhibitiones ille que legunẗ Leui. xxi. de ſummis ſacerdotibꝰ: vt non radent caput nec barbam: nec in carnibus ſuis facient inciſſuras. Iſtas enim raſiones faciebant ſacerdotes ydolorum qui capillos & pilos ſuos in ſacrificijs offerebāt inciſſuraſqꝫ in carnibꝰ ſuis. ꝓpter extrahendum ſanguineꝫ quē ydolis offerrent: & ꝓpter aliqua alia que nos hic ſubticemus. Voluit ergo ſacerdotes ſuos deꝰ diſſimiles eſſe ſacerdotibꝰ ydolorum de huiuſmodi eſt illud qd̄ legitur Leuitici. xx. cum plantaueris ligna pomifera. auferetis prepucia eorum. id ē prima genimia que vocauit prepucia. quia immunda ea haberi voluit contra errorem ydolatrarum qui ea tanqm̄ primicias ydolis offerebant in parte. & in parte in domibus ydolorum comedebant. & iſtud obſeruabant per tres annos continuos a plantatione nec erat vacua veneratio ydolorum in hoc. Et enim ꝙ primicias eis huiuſmodi fructuum offerebant. eos principes ſuos & dominos confitebanẗ. Primicijs enim honorari conſueuerunt principes & dn̄i

ſicut adhuc vides q primitiuis fructib9 honorantur· Et pma etiam membra·id ē capita ferarum que venatione capiuntur eiſdem pñtari conſueuerunt·Erat etiam error eorum ſimiliter ⁊ aduc eſt multorum primitiuos fructus fauſtos eſſe ⁊ fortu natos·et etiam omnia primitiua· De primis aūt fructib9 ge= mo·i·deo nature ſacrificabat· Et propter hoc dixit de9 Poma que germinant huiuſmodi ligna immunda erunt vobis tri= bus annis· ſubaudi proijciens ea· nichil fauſte virtutis nihil fortune in eis credentes q autem ſequit̄ quarto anno omnes fructus ſanctificabunt̄·hoc eſt mundi erunt:⁊ veſtris vſibus apti· Credebant autem ydolatre quia niſi cēri ⁊ gemo ⁊ alijs quibuſdam demonijs de primorū trium annorum fructibus iuxta ſuperſtitionē offerrent·arbores ille ·vel ex toto areſce rent·vel ſteriles efficerent̄·Reliquie autem huiuſmodi ſupſti/ tionis ⁊ apud nōnullos inſipientes adhuc extant ·qui prime generationis porcellos aut canes·aut omnino proijciūt·aut occidunt·aut vnum illorum quaſi offerentes illos gemo quē dixim9 apud nos·aut ideo fit quia mater in huiuſmodi ani= malib9 nutrire non ſufficit primos fetus:⁊ quia credunt non poſſe viuere·de canibus vero quia credunt futuri rabidi ſiue rabioſi· Iuxta hec que diximus intellige cauſas & vtilitates p ceptionum & prohibitionum ſimilium ⁊c̄.

¶De immundicijs legalib9 ¶Ca· II·

Oſt hec proſequemur immūdicias legales:& dicem9 quia immundicias legales intelligimus·quas lex im/ mundicias reputabat & nominabat A Harum prima erat corporalis ·ſicut ſtercoris & fimi:& ab hac voluit deus vt ſe obſeruaret populus hebreorum·ita etiam vt egeſti ones ⁊ purgationes ventris vnuſquiſq baculo fodiens abſcō deret·Et hoc pluribus de cauſis·Primum propter dei honorē ſicut legitur·Deutro·xxiij· Dominus deus tuus ambulat in medio caſtrorum. Secundo propter prouocationem ⁊ exem plum aliarum gentium:vt videntes populum iſrael declinare immundicias:⁊ mundicias ſectari·prouocarent ad ritus & cō ſuetudines ipſorum·Tercio vt honor etiam eſſet in caſtris eo rū:vt ipſi ex hoc ipſis caſtris ſuis aliquid turpe facere vererē/ tur·Quarto ſalubritas contra corruptionē fetoris·Quinta ne ceſſitas per quam oportebat eos eſſe diu in loco vno·qd vtiq facere non poſſet tanta populi multitudo · niſi eis ab egeſtorū fetore caueretur· Hac etiam de cauſa carnes in deſerto non co medebāt·quia fetor tot ⁊ tantorū cadauerū·tanteq carnificie

eos frequentius debito · caſtra mutare compelleret B
Secunda immundicia erat velut quedã irregularitas·reſpectu tabernaculi·qua ſcʒ prohibebat̃ quis intrare tabernaculũ niſi purificatus· Et hec erat immudicia·qua immunda dicebant̃ qui tetigiſſet mortuũ vel mortui ſepulcrũ · vel quodcunqʒ de illis q̃ lex tangi prohibebat : & q̄d ē mirabilius·quia ipſi qui tangebant ea q̄bꝫ alij mundabant̃:⁊ ipſi qui alios mundabãt etiã mundando immundi fiebant·Et hoc eſt q̄d legitur Nũi· xix· Omnis qui tetigerit aquas expiationis·immundus erit vſqʒ ad veſperam·& intelligit̃ hoc qui tetigerit per ſe·ſiue aſp gendo alios·non qui aſperſus inde fuerit C Tercia immũ dicia & ſola vera immundicia eſt peccati·& culpe·immũditia vero animaliũ immundicia erit irregularitatis corporalis : & irregularitatis q̃dem·quia non admittebant̃ ad ſacrificiũ vel eſum·Quarta igit̃ immundicia fuit in viris ⁊ mulieribꝫ·vide/ licet mulier menſtruata·leproſus·ſemifluxus ·nocturna illuſi one pollutus:⁊ iſti q̃tuor immundi erant per ſe & in ſe·Quin tum vero qui tetigiſſet immundũ·Preter hec aũt·vaſa quedã immunda erant alia ex cauſa·Incipiamus g° ab ipſis homībꝫ poſtmodũ dicturi de alijs· Et primũ de muliere menſtruata Hec g° immunda reputata eſt ſ̃m quoſdam·ex ꝯſuetudine ⁊ lege gentis ʒabiorum ·que eas adeo execrabant̃ tempore men= ſtruorum vt non niſi igni purgari eas crederet :& propter h° conburebant̃ veſtimenta earũ:& oĩm que tetigeſſent tempore menſtruali·Quia vero ritus iſte ita inoleuerat in egipto & in terra promiſſionis·nõ potuit auerti ab eo ex toto populus iu deorũ:⁊ ideo legiſlator fecit ſuper hoc quod in gente tam dure ceruicis fieri potuit·mutans ritum ſimul ⁊ mitigans quoniã radicitus extirpare nequiuit · Iudicauit igit̃ eas immundas: quod q̃dem neceſſe erat fieri ꝓpter inueterataʒ conſuetudineʒ ſed tamen ablutione aque mundari eas· & ea que tetigiſſent· inſtituit·in quo multum detraxit veteri conſuetudini·Non eſt aũt dubitandum ·quin idolatrie qua luna colebatur per iſtã immundiciam multum detractum ſit·cum fluxus menſtruo rum lune curſui deputaret̃:⁊ ita hanc immundiciã refferrent in lunã ⁊ ꝓpter hoc addiſcerent eaʒ non eſſe colendam ·cuius operatio pollutio eſſet ⁊ immundicia.Potuit aũteʒ eſſe vt mu lieres menſtruate ceteris mulieribus audacius ſe lune cerimo nijs immiſcerẽt·reputantes ſe eo ipſo ſacris huiuſmodi digni ores·ꝙ in ipſis luna eo tp̄e manifeſtius operaret̃·potuit etiam eſſe·& h° credimꝰ ex eis q̃ de idolotria legimꝰ·ꝙ mlr̄ mẽſtrua ta aliqñ ei ymolata ſit · & quia ſanguis menſtruus crebro in

eius ſacrificiis offeretur. Coli enim a mulieribꝰ multa auidi/
tate ſolebat luna. ſicut legit̃ Iere. vij. Mulieres aſpergũt adipẽ
vt faciant placentas regine celi. reginam celi credebant lunam
Hec igit̃ eſt vna cauſa ꝓpter quã eas immũdas iudicauit lex
Secunda cauſa fuit vt abſtinerent viri a ꝯmixtione earum in
diebus illis. tũ propter fetum ne corrumperet̃ aut occaſionare
tur venenoſitate ſanguinis iſtius: & ne ex feditate illa fierent
abhominabiles viris. Tercia cauſa fuit menſtruus ſanguis. de
quo multa monſtrifica faciebãt malefici. Quarta honor & re/
uerentia tabernaculi. in quo poſſet mulieribꝰ fluxus ꝯtingere
ſi ad id eo tempore admitterent̃. qua inquinatione nulla ab=
hominabilior fieri poterat tabernaculo. Quinta honor ſangui
nis quem in mente ſemper gerẽ volebat dñs filijs iſrael. in dete
ſtationem ydolatrie. Sexta cauſa contagiũ ⁊ corruptela men/
ſtrui ſanguinis. qui tante infectionis eſt: vt etiaꝫ in ſpeculo in
tpe illo mulier faciem infixerit fetulentie ſue manifeſtũ indi=
cium imprimit. Manifeſtũ ergo eſt. quia & ſaluti animarum
& ſaluti corporũ. ⁊ ſaluti partuũ ſeu fetuum. & ipſo ſacramẽ
to matrimonij conſultũ eſt per legem. qua menſtruate immũ
de iudicate ſunt vſqꝫ in tps purgationis ſue. tangentes autem
menſtruatã ⁊ tacta ab ea: ꝓpter eaſdem cauſas immunda iu=
dicata ſunt. ſed a remotiori. D Leproſus vero iudicatur
eſſe immundus. & ꝓpter fetulentiã morbi. & ꝓpter eius conta=
gium: & ꝓpter honorem caſtrorũ atqꝫ tabernaculi. in quo po=
tiſſimum intelligimus honorem dei. Semifluxus vero. ꝓpter
ipſam ſpurciciã fluxus. ⁊ ꝓpter abhominationẽ ydolatrie ve
neri. in qua ſemen ipm humane generationis miſcebat̃ ſacri=
ficijs. ⁊ ꝓpter honorẽ caſtrorũ & etiam tabernaculi vt diximꝰ
Horruit etiã lex ⁊ horreri voluit fluxũ humani ſeminis. alibi
qm̃ in opere humane generationis & hoc ꝓpter execrationes
ydolatrie ⁊ ſodomiticas abhominationes. quas omnino abo/
lere & ſtudioſiſſime extirpare intendi voluit: ⁊ honorem ha=
beri tabernaculo. ⁊ caſtris. ꝓpter ꝙ non niſi lotus aqua etiaꝫ
ſacerdotes intrarent tabernaculũ. ꝓpter hoc etiã membrorum
deformitas & maculoſitas prohibita eſt a ſacerdotibꝰ Leuiti.
xxj. Si enim membris deformes aut maculati admitterent̃ ad
miniſteriũ thabernaculi. ex hoc etiã vilipenderet̃ tabernaculũ
& miniſteriũ ipſius: ⁊ in hoc dei honor minueret̃. Immũdicia
vero irregularitatis in ere que requirebat purificationẽ. mul/
tiplex. ⁊ ad hanc pertinet immundicia vaſorũ. ſicut vas fictile
in quo aliquid ex octo nominatis reptilibꝰ cecidiſſet. ⁊ ꝓpter
hº frangendũ. ſicut legit̃ Leui. xj. Eodẽ mõ & clibani ⁊ fontes
⁊ ciſterne. ⁊ om̃is aquarũ ꝯgregatio. ſic̃ legit̃ ibidẽ. in q̃ non

aliud intelligi poteſt niſi ꝓhibitio aꝓpinquacõis ad ydolatriam vbi enim prohibiti ſunt filij iſrahel tangere huiuſmodi animalia vel morticinia eorum ꝓhibiti ſunt neceſſario imolare ea vel comedere ea de ymolatis. In hoc etiam ꝙ immunda iudicata ſunt & ꝓhibebant acceſſum ad dei tabernacl'm etiã tangentibꝫ ea precisa eſt eiſdem omnis ſpes emundacõis et aꝓpinquacõis ad deum ꝑ illa & ꝙ plus eſt oña ſunt cauſa diuine offenſionis ⁊ indignacõis nõ quidẽ ꝓpter ſe ſꝫ ꝓpter ydolatriã que de eis fiebat. Iuxta hũc modũ imundum erat vas qđ nõ habebat opculum nec ligaturã de ſe ſicut legitur Numeri xix qa vaſa hꝰmodi hẽe ↄſueuerant ydolatre ⁊ etiã cauſa honeſtatis ⁊ mundicie corꝑalis qa faciliꝰ cuſtodiunt mũda que habent opculum ⁊ honeſtiꝰ tenent atqꝫ ↄtrectant qa ligaturã hñt de ſe vtpote anſulã vel annulũ poterat eſſe vt alienas res adhiberent ydolatre vaſis ſuis non ſine aliq̃ contaminatione ydolatrie & vaſa volebant carere operculis vt aliquibꝫ huiciꝯ ydolatrie magis preſto eſſent ⁊ vt ipſa reptilia ydolis ymolãda in ea irreperẽt ſicut mures muſtele atqꝫ lacerte & in eis inuenirent ſic eñ inuenta magis accepta crederbant eſſe dijs vtpote electa ab eis E Reſtant aũt adhuc alique reliquie ydolatrie iſtius credũt eñ nõnulli inſipiẽtes quedam numina nocturna frequentare domos & vaſa que diſcooꝑta vel apta inueniũt poſtq̃ꝫ inde ↄmederint vel biberint denuo replere. Si autẽ cooꝑta vel clauſa ſiue obſtructa ea inuenerint inde offendi & ex hoc iminere infortunium domui ⁊ hꝰmõi cauſam dicemus in tractatu de ydolatria. Mortuos aũt generaliter tam viros q̃ꝫ mulieres imundos eſſe voluit lex vt elongaret populum iſrahel ⁊ a ritu quẽ habebãt fundandi idolatrie & ab oberibus maleficis ac nigromantis quorum multos legimus. Et ꝓpterea qui tangeret mortuum imundus eſſet ſicut legit̃ Numeri xix Sacerdoti autẽ ſummi ꝓhibiti ſunt ingredi ad mortuos preterq̃ꝫ ad ſeptem ſicut legitur Leuitici xxj Ad eos aũt ingredi premiſſi ſunt ne in humana nimiſqꝫ dura videretur lex. Merito autem querit̃ q̃re ipſi qui cõbuſſerant vitulam ruffam vel cineres eius portauerant vel qui alios aqua expiationis aſperſerant atqꝫ mũdauerant immundi reputarentur cũ ex cineribus vitule ipiꝰ & ex aquis niuis aqua expiationis conficeretur qua omnes huiuſmodi immundicie expiabantur. Mirabile enim valde videt̃ qualiter ex aq̃ purificãte ⁊ tante emũdationis preſidijs imundicia ↄtraheretur. Amplius quicunqꝫ alios aſpergebat imundus efficiebat̃ oportꝫ igit̃ vt aſperget̃ ab alio ſꝫ iterũ aſꝑſor ille efficeret̃ imundus q̃re indigent neceſſario alio aſꝑſore

& ita erit circulatio ridiculoſa non habens finem. aut ibit res in infinitum ſm rationē: & ita non ſufficiet numerus hoīm aſperſionib⁹ faciendis. Et erunt aſperſiones inutiles. Nō tamē ſine cauſa hec fiebāt quia voluit deus ſemper ⁊ merito reuerētiam ⁊ honorem ac timorem exhiberi ſanctuario ſuo ⁊ ſanctificatis in ipſo. & ꝓpter hoc vnūquemq; qui tangeret aliquid ex ſacris quibuſdam indignum ſe reputare huiuſmodi a tactu ⁊ immundum eſſe comparatione ipſorū ⁊ timere ne irreuerenter etiam tetigiſſet ⁊ peccato irreuerentie ſe reputare pollutum ⁊ hoc ſm hunc intellectū erat immundū fieri ex contactu mundorū atq; ſanctorū. queādmodum legit̄ Leuitici. vij. Quia anima polluta cōmedens de carnib⁹ hoſtie pacificorum. Ex hoc efficiebat̄ deo immunda: vt etiā morti adiudicet̄ inde. Sed ſi hoc eſſet verum ſacerdotes ſemper immundi fierēt contrectando ſacrificia et quelibet ſancta. Ideo veriſimili⁹ eſt ac veri⁹: vt totum iſtud ſtatutū ſit in horrorem peccati ꝓpter quod huiuſmodi ſacrificiū offerebat̄. Adeo ergo voluit deus totum ꝓplm exhorrere peccatū illud. Adeoq; fedans et maculans actores ſuos id reputare: vt non ſolū hoſtia que pro illo offerebat̄ et illud ſignificabat immunda reputaret̄ et polluēs contingentes. ſed etiā ipſe reliquie vt cineres. et quidquid haberet aliquid eorum mixtū. vt aqua luſtrationis quā dixim⁹ Si ergo peccatū illud fuerit peccatū adorationis vituli. ſicut nonnulli opinant̄. ſiue peccatum totius populi. Merito adeo horrendum ⁊ immundū iudicauit dominus: vt qui de hoſtia eius vel hoſtie cinerib⁹ quicqͥ̄ tangeret cui cineres illi commixti erant immundū eſſet nō immundicia culpe vel peccati: neq; immundicia corporali: Sed immundicia irregularitatis quā diximus. que peccatū nullatenus eſt. ſed in peccati horrorem et abhominationē ducens. alioquin peccatū eſſet eam immolare et cineres eius colligere et alios aqua expiationis aſpgere ſeu mundare. Inſinuatur etiā in hoc: non aliter iuxta literam eos qui ſacrificiū offerrent ſacraq; cōtrectant ⁊ alijs miniſtrant. alioſq; purificant. purificari per alios indigere ⁊ mūdatione quā alijs impendunt miniſterio contentos eſſe non debere. ymo ab alijs recipere oportere. In eodem vero capitulo hoc eſt. Nūi. xix. legitur expreſſe. Mortuumq; eius tabernaculū. totamq; ſuppellectilem immundam eſſe. & omnes qui ingrediunt̄ thabernaculum illud ⁊ hoc ꝓpter cauſas quas diximus de aqua expiationis.

## De immundicia aīalium  Ca. III.

Oſt hoc proſequimur immundicias animalium vbi
iſtud tollebantur A Primum ſciendū·quia que
dam animalia immunda erant immundicia corporali
et immudicia repudiationis ·quā diximus et irregularitatis·
Quedā vero ſola immundicia irregularitatis· Et hec immun
dicia eſt·qua prohibita erant a dei ſacrificio· ⁊ ab eſu hūano·
Nec nouimus vllū de animalibꝰ ꝙd immundū reputatum ſit
ꝓpter ſolam immundiciam corporalem. Porcus enim de quo
minus videri poſſet·non ſolum immundiciā habet corporalē:
ſed etiā immundiciā illam legalem.Ad hoc enī pagani porcos
ymmolant·federaqꝫ ſua et pacta ſacrificio porcorum ꝯfirmāt
Non aliter ratū exiſtimantes·neqꝫ inuiolabiliter obſeruandū
niſi ipſi qui pacificant̄ aut federa ineunt per intermediū por=
cum huiuſmodi ſacrificij tranſierint: Et vt ex paucis aliqua
intelligas·ſi ſalubritati corporū populi ſui per hanc diſcretio/
nem animaliū intendere voluiſſet·animalia non munda· Sed
ſalubria nominaſſet·licet verū ſit · ꝙ in animalibꝰ greſſibilibꝰ
et piſcibꝰ atqꝫ volatibꝰ·eis pene ſaniora atqꝫ ſalubriora elegerit
multa mortifera atqꝫ venenata ab eis prohibuerit· Ad aliud
ergo intendebat dei prouidentia·licet hoc non ꝑtermiſerit·In
hoc ergo ꝙ in quadrupedibꝰ duo ſigna mundicie ſimul con=
iunxit ·videlicet ruminationē et vngule diuiſionem · generali
regula de huiuſmodi populū inſtruxit·vbi vero alterum de=
eſt immundiciā iudicauit·vt camelo ⁊ ciragrillo . Tu autem
turis eſt beatitudo ſeu gloria intellectꝰ humani: nec delectatio

a creaturis eſt beatitudo ſeu gloria affectus· niſi forte quis di-
cat intellectum humanum non eſſe illuminabilem a luce poſt
nec coniungibilem ipſi immediate: quod ſi eſſet quieſceret ex ne-
ceſſitate intellectus humanus in cognitione creaturarum: et
eſſet ei violenta inueſtigatio creatoris. Omnis enim motus ſiue
corporalis ſiue ſpiritualis a loco ſue quietis violentus eſt et
moleſtus ipſi moto· hoc autem manifeſte falſum eſt: quia nihil
eſt intellectui humano ſuauius de apprehenſionibus quam appre-
henſio creatoris· et de inueſtigationibus ſuauiſſima eſt inueſti
gatio creatoris: et hoc a ſenſu accipimus· ſi autem eſt intellectus
illuminabilis a prima luce: erit et affectus iocundabilis ſeu de
lectabilis a prima ſuauitate· proporcionales enim ſunt vſque
quaque: prima veritas et eius illuminatio ad intellectum huma-
num: et prima bonitas ſeu ſuauitas et eius iocundatio ſeu di-
lectio ad affectum humanum: quare impoſſibile eſt alterutrus
eorum beatitudinem ſeu gloriam eſſe: niſi in ipſo fonte luminis
et bonitatis ſiue ſuauitatis · et hoc eſt quoniam beatitudo ſeu
gloria non eſt niſi vltimata perfectio potentialitas et plenitudo
cumulata poſſibilitatis: verbi gratia. Illuminatio· quia nihil
relinquit illuminabile in intellectu hoc eſt· quia nihil ignoran-
tie vel tenebrarum relinquit in eo eſt gloria intellectus: ſic et
delectatio· quia nihil moleſtie vel vacuitatis vel carentie deſi-
derabilium ſeu delectabilium reliquit in affectu gloria eſt illius
Impoſſibile igitur eſt in creaturis gloriam vel beatitudinem
eſſe anime humane: quare in ſola luce prime veritatis ſiue veritate
prime lucis eſt gloria intellectus: et in ſola ſuauitate prime bo
nitatis eſt beatitudo affectus: de hoc autem loquemur plenius
loco ſuo· L Amplius· quo ad delectationes ſenſibiles et
vires quibus delectationes huiuſmodi percipiunt communicamus
cum brutis· his autem delectationibus non beatificantur niſi
vires earum· hac ergo beatitudine non beatificat in nobis niſi
quod communicamus cum brutis: et alia beatitudo non eſt nec
poteſt eſſe cum iſta: ſicut oſtendimus· non igitur eſt beatificandum
ſiue remunerandum hac felicitate in nobis niſi quod communicamus
cum brutis: et alia beatitudo non eſt nec poteſt eſſe cum iſta
ſicut oſtendimus. Hoc autem ſecuntur duo inconuenientia.
Primo quia huiuſmodi felicitas nec felicitas eſt nec humana
ſed pars modica atque viliſſima· etiam ſi nomine felicitatis di-
gna eſſet. Modicum enim atque vile eſt in nobis illud quod cum
brutis communicamus. Secundo ſequeretur ex hoc manifeſta
dei iniquitas atque peruerſitas pars enim iſta ſemper rebellis eſt
in nobis dum hic viuimus honeſtati: et repugnans dei volun
tati· reliquum autem quod eſt in nobis nobile atque precipuum

ſemper pugnat pro honeſtate ⁊ pro dei voluntate contra reſi/
duum . Hec eſt ergo manifeſta dei iniquitas:ꝙ ſeruientē ſibi
partem in nobis ⁊ pro eo ſemper pugnantem non remunerat
propria felicitate ⁊ gloria· hec vero peruerſitas ꝙ inimicā ſibi
& honeſtati partem:vitiorumqꝫ omnium fomitē remunerat.
Quoniam autem manifeſtum eſt ſuperioribus viribus anime
humane: atqꝫ nobilibus proprijs eſſe ꝑfectionis· ideo neceſſe
eſt ⁊ propria eſſe perfectibilia : quorum adeptione & obtentu
perficiantur·quare proprias beatitudines ⁊ glorias ſublimes:
& nobilitati ſue congruentes:eas habere neceſſe eſt. He autē
beatitudines ⁊ glorie porcinam illam felicitatem non ſuſtinēt·
ſicut oſtendimꝰ:imo abſtrahunt ⁊ longe faciunt ab illa.Alio
quin magis prouidenda erat brutis animalibus:vtpote tota=
liter eis congruens.Hoc enim qđ huiuſmodi felicitati repu=
gnet in brutis eſt·vel qđ ab ea vel abſtrahat vel aſtat ab illa.
In nobis autem eſt amor ⁊ deſiderium naturale ſapientie &
honeſtatis:quod eſt manifeſtum iudicium·quia ad illas nati
ſumus:⁊ in eis ſolis nati quieſcere· omnis enim motus natu/
ralis ſiue ſpiritualis ſit ſiue corporalis in id ſolum eſt· in quo
eſt quies naturalis ipſi moto.Quia igitur iſte amor naturalis
inclinatio eſt·⁊ iſtud deſiderium naturalis motus vel ſpiritu
alis:quare in ſapientia ⁊ honeſtate ſolum eſt quies naturali=
ter animabus noſtris.Manifeſtum igitur eſt illas eſſe· ⁊ locū
ſpiritualem quem naturaliter querimus: ad patriam ad quā
naturaliter tendimus·ab his autem nos retrahunt ⁊ auertūt
voluptates ſenſibiles : quare a naturali loco noſtre quietis &
a patria noſtre naturalis manſiōis:nos in ſe exiliant ⁊ capti/
uant. Manifeſtū igitur eſt·quia impoſſibile eſt in eis eſſe pa/
triam animabus noſtris:imo declaratum eſt euidenter in hoc
quia ipſa ſunt exilium ⁊ carcer & vincula animarum noſtra=
rum· M Amplius·cum delicie huius miſerie ſint euiden/
ter hic:⁊ amores earum ſeruitutes & vincula·manifeſtum eſt
quia augmentum earum erit augmentum miſeriarum·ꝙ au
tem primum verum ſit·inde manifeſtū eſt: qui magis amat
luxuriam magis captus eſt in ea:⁊ magis ſeruus ipſius· ma/
giſqꝫ impotens ad alia bona acquirenda: magiſqꝫ longe a co/
gnoſcendo ⁊ amando alia quecunqꝫ bona: & magis cecus ad
videndum ipſam delectationem vel ipſum delectabile : quod
vno exemplo notum facimus · qui enim amat mulierem licet
deformem:⁊ oculis ⁊ corde indicat eam ſpecioſā· & ſi creuerit
amor creſcet ⁊ iſte error huiuſmodi iudicij·cum enim non cre
ſcat ſpecioſitas in muliere nec maior ſit ꝙ̈ ante.Ipſe tñ indicat
eam maiorem.Et ita ſm ꝙ creſcet amor creſcent in eo tenebre

et error huiuſmoi erit in vltimo errorꝰ inſanie ita vt deformiſ/ſimã iudicet: ⁊ nigerrimam forſitã albam. et ad hunc modum ſe habet alijs ſenſibus. quia erit ei ⁊ pro ſuaui odore fetor ipſi us. ⁊ pro ſuauiſſima catilena horrẽda vociferatio: ⁊ ita de alijs

Quod Futatur beatitudo: non eſt in delicijs carnalibus. vt di- cunt ſarraceni: Capitulum. III. A

Eclaratum eſt tibi euidenter ex his. quia non ſolum impoſſibile eſt carnalem eſſe paradyſum: ⁊ felicitatem ſenſibilium deliciarum: ſed etiã ridiculoſum. Et quia ſomniata iſta felicitas non eſt niſi brutorũ animalium. nec eſſe poteſt. Patefactum eſt etiam tibi. quia vera felicitas non ſuſti net huiuſmodi delicias: ſed abſtrahit ab his. et ꝓpter hoc ceſſa bunt de neceſſitate in patria. q̃re manifeſtũ eſt verbũ veritatis qđ legitur Math. xxij. In reſurrectione nec nubent nec nubent̃ ſed ſunt ſicut angeli dei in celo. Similit̃ Luce. xx. Neq; nubent neq; ducẽt vxores: qui digni habentur ſeculo illo. Equales eñ angelis dei ſunt. Manifeſtum eſt etiã. quia paradiſus iſte non eſt niſi ſicut volutabrũ porcorum. Et quia poſitio ipſius: vox pecudum eſt: non hominũ. vt ſupra diximus. Et his decauſis volunt quidam ſapientes de ſarracenis: non iuxta literam ma chometum intellexiſſe promiſſiones iſtas. videntes eas eſſe ri/diculoſas: ⁊ machometum per eas toti mũdo fieri ridiculum
B Auicenna tamen in philoſophia ſua prima de liramentis iſtis: expreſſe cõſentit. s. quia gaudia corporum: expreſſa ſunt in lege noſtra quam dedit Machometus: ꝙ loquatur de gau dijs animarũ poſt corpora. in q̃ non philoſophum: ſed inſanie iſtius conſortem euidenter ſe oſtendit. cuius damnatio tanto iuſtior: q̃nto iſta deliramenta tantꝰ philoſophus magis vidẽ potuit: ⁊ videre neglexit. Blaſphemias vero quibꝰ contra bea/tam trinitatem: deiq; ac domini noſtri iheſu chriſti diuinitatẽ ablatrauit: iam alibi deſtruximꝰ. ⁊ eas hic ꝓpter hoc ꝑtñſimꝰ.

De Diuerſis legibus ſarracenarum. Capl'm. IIII. A

Oſt hoc aũt loquemur de diuerſitate legum iſtarũ. ⁊ narrabimꝰ de his ſententias eorum qui reputati ſunt ſapientes in mundo. Ex his ergo fuerũt qui dixerunt: ꝙ lex hebreorum: lex fortune eſt. Et quia hebrei colũt fortunã in hoc qđ ꝓpter fortunam: et ꝓpter proſperitatem temporaliũ: legeʒ tenere videbant̃. nec aliud erateis expreſſe in lege ꝓmiſſũ q̃ proſperitas temporalis. Nec aliud ei innatum eſt: ꝙ fortuna

contraria·hoc eſt aduerſitas temporalis. Legem vero ſarracenorum: legem nature dixerūt· ⁊ eos quodāmodo colere natā; eo ꝙ paucas habeat poſitiones ſiue conſtitutiones. Hi ergo intellexerunt naturā corruptionem: cū qua ſcilicet naſcimur· ex qua delicijs ⁊ diuitijs carnalibꝫ inhiamꝰ. Hoc aūt eſt tota gloria ſarracenorum in preſenti: ⁊ hanc ſolam expectant: ſicut ſupra diximus in futuro. Legem vero chriſtianoꝝ: legem grē et chriſtianos colere gratiā dixerunt· pro eo ꝙ lex iſta grām maxime predicat ⁊ extollit· & in ſola gratia dei ſpem ponendā docet ⁊ aſſerit: & euſqꝫ eam magnificat et extendit·vt deū ac dei filium. hoīem factum ꝓ hominibꝫ: necnon ⁊ mortuū ineſtimabili gratie largitate·⁊ credere doceat: & confiteri precipiat·

B De hac aūt diſtinctione non multū cures· quia nō valde ſcrutatus videt̄ fuiſſe leges: q eas hoc modo diſtinxit. Alij vero diuerſitatem legum attribuunt celis ſicut ⁊ alias diuerſitates et conditiones hominū·⁊ dixerūt· quia lex hebreorum ortum habet a ſaturno: ⁊ celo ipſiꝰ· ⁊ propter hoc cel ebriorem habet diem: que eſt dies ſabbati·⁊ eodem die: ꝓpter eandem cauſam: maxime vacant legi illi legende: ſcilicet docende ⁊ implende·et ꝓpter multiplicia infortunia ſaturni: videlicet· retrogradatiões combuſtiões: aliaſqꝫ eiuſdem occaſiones: lex i l a ⁊ regnū eius atqꝫ gens: varijs ſemꝑ cladibus ⁊ caſibus multiplicibus: que in fortunis expoſita eſt. Quia etiā ipſe ſaturnꝰ (vt aiunt) dux eſt ꝓphetie ⁊ reuelationū·ideo in lege eius: & regno abundauit ꝓphetia. ⁊ multiplicata eſt valde·ſic̄ apparet in libris legis illiꝰ et libris ꝓphetarum: libriſqꝫ regnorum. Sunt alia ꝓpria: vt dicunt ſaturni·ſcilicet·auaricia: pertinacia: duricia·quibus vicijs gens illa hebreorū ſemꝑ naſcitur laboraſſe. Iuxta hunc modū ſentiunt ⁊ de lege ſarracenorū: ⁊ de regno eorū·vnde & credūt et plane aſſerunt legē hanc: die ⁊ hora veneris ꝓmulgata & ꝑ venerē: id eſt luxuriā viget. Propter hanc cauſam vt dicunt: ⁊ ipſum diez veneris: omni ſeptimana celebriorem hn̄t. Quantū autē gens illa omni venerea turpitudine ſe polluat·manifeſtū eſt: quia nᶜ multitudo vxorū: ſodomiticam turpitudinē apud eos extinguit: licet in ipſa lege eorū interdicta ſit. In hoc ergo vt aiūt·⁊ lex: et gens: & regnū oportet eſſe venerꝰ. Sunt ⁊ alia que ipſi circa hoc conſiderant: que non eſt neceſſe hic ſcribere· De lege vero veritatis· qa ſola lex veritas eſt: ⁊ felix lex veritatis: vt in precedentibus oſtendimuſ·⁊ quia ſo a lex perfecta eſt deſcriptio honeſtatis ⁊ ſanctitatis xp̄ianam dicūt· qa ipſa eſt lex ſolis· ⁊ regnum eius: regnum ſolis·& propter hoc celebriorem habet gens chriſtianorū diem ſolis· ⁊ ꝓpter hoc ꝙ preeſt

ſpiritualibus in regno iſto: id eſt romanus pontifex ſedem habet in ciuitate ſolis· que etiã habet figuram leonis: qui in celo eſt domicilium ſolis ·& ipſa ciuitas etiam fundata dicitur in ortu ſiue aſcenſu leonis: ⁊ ꝓpter hoc ciuitatẽ ſolis illam ſdicũt· Et quia lex iſta firmitatem teſtimonialem habet a lege hebreorum· ideo ſedes eiꝰ capitalis ⁊ radicalis in ytalia eſt in medio ipſius: videlicet vrbs roma. Italiam enim dicunt de regionibꝰ partem ſaturni· ꝓpter hoc etiam dicunt pontificem romanum in ꝯfirmationibus ⁊ teſtificatõnibus ſuis vti ſigillo plumbeo Quia plumbum eſt ꝓprium metallum ſaturni: ſicut ⁊ ipa lex cui preeſt· ⁊ pontifex confirmationibꝰ et teſtificationibus vtit̃ legis ſaturni. Veſtibus vero rubeis vtitur ꝓpter participatõẽ ſolis cuius pars de coloribus: colo rubeus eſt ſꝫm eos. Sectarꝝ vero particulariũ: id eſt hereſum· quia ſunt preter iſtas leges dicunt cauſas eſſe: coniunctiones ⁊ participationes planetarꝝ inuicem: ꝓpter hoc mutationes legum atqꝫ ſectarum: necnon ⁊ regnorum ſiue magnorum: que ſupra diximus ſiue minorum· Ex his prediuinare ⁊ prenoſcere ſe poſſe opinantur: et in libriꝭ iudiciorum aſtronomie multa leguntur. Qꝫ autem error iſte ĩpoſſibilis ſit: non ſolum error· manifeſtum facimꝰ: ⁊ primo ab ipſo ſenſu ⁊c:·

¶ Qꝫ Stelle ⁊ planete ſunt ſubiecte legi & cultui diuino: et nõ econuerſo oſtenditur:· ¶ Capitulum· ·V· A

Pparet enim euident̃ ſtellas ⁊ planetas ſubiectas eſſe cultui diuino ⁊ legi: nullatenus autem econuerſo. Iubente ſiquidem Ioſue ⁊ dicente· x· capitulo. Sol contra Gabaon ne mouearꝭ: ⁊ luna contra vallem haylõ ſteterunt ſol ⁊ luna· ſtetitqꝫ ſol in medio celi ſpacio vnius diei: & non feſtinauit occumbere· ⁊ ſic duplicata eſt dies: que multiplicatio toti mundo ex neceſſitate viſa eſt· ꝓpter quod diximꝰ· quia ad ſenſum: id eſt teſtimonio oculorũ: iſtam primã radicem deſtructionis erroris iſtius accipimus. Obediuerunt ergo ſol ⁊ luna Ioſue cultori dei altiſſimi: & legis eius miniſtro· non niſi ꝓpter dei cultum, legiſqꝫ miniſterium. Cultꝰ ergo dei altiſſimi et lex eius: ſolem ⁊ lunam Ioſue obedire compulerunt· quare manifeſtũ eſt ipſum dei cultũ ⁊ legem: ſuperiores eſſe ⁊ fortiores ſole ⁊ luna: ſuperioreſqꝫ facere ac fortiores huiuſmodi cultores atqꝫ miniſtros. Nullatenꝰ ergo ſubſunt cultꝰ dei ⁊ lex eiꝰ planetis: ſed magis ecõuerſo. Ad idem facit retroceſſio ſolis: ⁊ reuerſio vmbre p decẽ lineas· que facta ſunt Ezechie: in ſignũ liberationis ſue ab egritudine que vtiqꝫ ad ipſiꝰ Ezechie orõẽ

factum eſt ſicut legitur·iiij·Regum·xx·⁊ Iſaie·xxxviij.Proba
tiones autem euidentes: quibꝰ erroꝛ iſte deſtruitur:hec ſunt·q̄a
celi ⁊ ſtelle atq̧ luminaria: videlicet ſol & luna·aut ſcienter et
voluntarie inducūt ſectas perditōnis ⁊ contradictionis: quibꝰ
contradicitur cultui diuino & legi: neceſſe eſt eos grauiſſime
peccare in deum:⁊ in animas quas a cultu eiꝰ & lege auertūt
et in erroꝛes impietatis ⁊ perditōnis inducunt·quare & malos
eos eſſe:⁊ dei capitales inimicos dubitare nemo poteſt. Deīde
malicia iſta: aut eſſet eis innata:aut aduēticia ⁊ acquiſita·ꝙ ſi
innata eſſet:igitur naturaliter mali· B Iam autem declara
uimus alibi ꝙ impoſſibile eſt aliquid eſſe naturaliter malum
et iterum ſi naturaliter mali eſſent:cum nihil naturale habent
quod deus in eis creauerit·non ſolum malos eos creaſſet deus
ſed etiam maliciam creaſſ; in eis: quod q̄m longe ſit a diuina
bonitate palam eſt.Si eñ maliciam creaſſet deus: contumeliā
ſuam creaſſet:⁊ aduerſus ſemetipſum contradictiōem ⁊ inimi
cum ſibi capitale;.Si vero fuerit eis acquiſita iſta malicia:ne=
ceſſario coꝛrupti ſunt atq̧ decepti mutatiq̧ a ſuo ſtatu ⁊ boni
tate naturali.Quare locum habebit apud animas eoꝛū muta/
tio ⁊ coꝛruptio:⁊ coꝛpora eoꝛum immutabilia naturaliter eſſe
conſtat ⁊ moꝛtalia: ⁊ hᶜ oꝛdo nature non patitur· ſcilicet vt in
ſubſtantijs ex animabꝰ coꝛporibuſq̧ cōpoſitis: quales ipſi eos
credunt·nobilioꝛ ſit ſtatus coꝛporum:ꝙ̄ animarū·quanto eñ
anime huiuſmodi ꝓpinquioꝛes ſunt primo immutabili & in/
coꝛruptibili:ꝙ̄ coꝛpora· tanto minꝰ ob noxias eas oportet eſſe
coꝛruptōi:⁊ alij cuicunq̧ mutationi.Amplius.Quid acreſcit
et acquiritur eis ex iſta ſubuerſione animaꝝ quam ſcienter ⁊
voluntarie operantur·quis etiam fuit ſuggeſtoꝛ malicie tante:
atq̧ peruerſitatis:⁊ nulla vtilitate ſua: huiuſmodi ſubſtantie·
tantas deo contumelias: tantas animarum pernities irrogant·
Reſtat igitur·vt ſcienter ⁊ voluntarie operentur talia in mūdo
iſto inferioꝛi.Ꝙ ſi dixerit quis·quia naturaliter illa operantur
abſq̧ ſcientia ⁊ voluntate·quēadmodum lapis adamas attra=
hit ferrū·aut ignis calefacit iuxta ſe poſita:que neceſſe operant̄
non libertate·cui non eſt liberum operari vel non operari: ſed
neceſſariū eſt ei operari : ⁊ impoſſibile nō operari·que quidem
operatō ſeruilis eſt:ꝓpter qd̄ dixit philoſophus·quia natura
operatur per modū ſeruientꝭ·⁊ hoc iam euidenter eſſe impoſſi
bile oſtendemus·quoniam virtus ſic ſeruiliter ſcilicet operans
ignobilis eſt ⁊ vilis ꝯparatōe virtutis libere·videlicet q̄ poteſt
ſuꝑ vtrunq̧ oppoſitoꝛū. Viliꝰ aūt impoſſibile ē cauſa; eſſe no
bilioꝛis·q̄re virtutes celoꝛū ſtellarū ⁊ lumīariū impoſſibile eſt

creare in nobis ſapientiam vel virtutes : vel bonos moꝛes· vel etiam quaſcunqꝫ artes:vel voluntates.Cum autem hec nobilioꝛa ſint omnibus huiuſmodi virtutibus quas ipi ponunt in celis:ergo operatio eoꝛum perfecta non dependet ex aſtris.Amplius.Virtutes ex quibꝰ ſunt huiuſmodi operatiões:aut ſunt coꝛporales:aut ſunt ſpirituales·ſi coꝛporales non poſſunt:ergo naturaliter imprimere diſpoſitões ſpirituales. Naturales eñ operationes ſunt per ſimilitudines·agens enim naturaliter intendit dare:quod habet:⁊ aſſimilare ſibi recipiens.Manifeſtũ igitur eſt·quia nec leges:nec ſecte:nec alia huiuſmõi ex talibꝰ virtutibus eſſe poſſunt : ꝓpter naturalem diſſimilitudinem·⁊ etiam ꝓpter nobilitatem·quia hec ſunt nobilioꝛa illis· nõ enim eſt poſſibile ĩ natura:vt cauſa ſit nobilioꝛ cauſato· C Amplius.Iam alibi didiciſci·qa coꝛporales virtutes nõ agunt:niſi poſt tactum agentis ⁊ patientis aut medij·quod neceſſe eſt vt ſit contingens:verum ⁊ deferens paſſionem ab altero in alteꝝ Quare in his qui in antris aut locis ſubterraneis naſcunt̃ vel degent:nihil potuerunt virtutes huiuſmodi·coꝛporalium enim virtutum operationes abſcindi neceſſe eſt per interpoſita paſſibilia ab huiuſmodi agentibuſ·quare intrantibus hominibus domos ſuas aut receptacula abſcinduntur ab eis celeſtes operationes omnes.Quemadmodũ intrante aliquo domum ſuã: abſcinditur ab eo operatio illuminationis: non operatur lux ſolis in ipſam operationeꝫ ſuam : quandiu durat interpoſitio que abſcidit ab ea illuminatiõem huiuſmodi·nihil igitur põt celeſtes virtutes in homines: niſi quãdo ⁊ quandiu ſunt extra habitacula ſua . Ex q̊ accidit vt totiẽs mutantur moꝛes hoĩm et leges ⁊ ſecte·quotiens intrant habitacula ſua: aut ſaltem per moꝛam ⁊ quietem in eis delentur ab ipſis: ſicut per moꝛam ⁊ quietem in domo frigida ⁊ obſcura delet̃ quicqd̃ impreſſum erat luminis aut caloꝛis a ſole.Ad minus igitur non effugiũt vt in eos qui in locis ſubterraneis atqꝫ ꝓfundis naſcuntur ⁊ in eis moꝛant̃·nihil poſſunt virtutes huiuſmodi operari:niſi intelligendo:imaginando: ⁊ deſiderando primum apud ſe.Neceſſe igit̃ eſt celos ⁊ celeſtia:que diximus intelligere primũ:id eſt imaginari atqꝫ deſiderare huiuſmõi impreſſiones in hominibus.Et ex hoc ſequunt̃ inconuenientia que prius oñdimus videlicet ꝙ ſcienter ⁊ voluntarie mala prenominata·non ſolũ bona imprimantur hominibus ⁊ animabus humanis.Noſti etiam·quia nec loco:nec tempore adiuuantur ſeu impediũtur huiuſmodi operationes· quemadmodum vides in huiuſmõi operationibus animaꝝ noſtrarum.Eque eñ intellig̃ꝭ:⁊ eque libere in vno loco vt in alio.Silr eque imaginaris ⁊ deſiderio

et voluntate ſilr te habes·quilibet ergo planetarum: ⁊ q̄cunq̄ ſtellarū eque potēs eſt ad huiuſmodi operatōes in vno ſitu vl' loco: vt in quocunq̄ alio. Eque ergo in ortu ⁊ ī occaſu: eque in vno ſigno vt in q̄cunq̄ alio. Manifeſtū ergo eſt·q̄a nec domicilium: neq̄ exaltatio: neq̄ caſus·aut aliq̄d alio2ū vndecunq̄ que huiuſmodi nō ſapientes: ſed ſomniātes eis attribuūt: alioquin debilio2es eēnt intellect⁹ ⁊ imaginatio: ⁊ voluntas et deſideriū·apud eos: q̄ apud nos. Ampli⁹. Si nemo magis neq̄ minus eſt potens intelligere vl' imaginari: velle vel deſiderare aliquo ex planet⁹ in aſcendente: q̄ in medio celi: aut in occaſu ſuo exn̄te·ergo non eſt magis potens operari ſpūaliter in vno loco vel ſitu: q̄ in alio. Quid ergo eſt dicere: qd' aſcendens eſt in celo·prim⁹ locus in fo2titudine vel dignitate·⁊ mediū celi ſecūdus: ⁊ ita de alijs dignitatib⁹ ⁊ poteſtatib⁹: que ipſis attribuunt̄. Et quō erit hoc: q̄ aīab⁹ nr̄is huiuſmodi ſitus vel loca nihil addunt vl' minuunt· ⁊ huiuſmōi virtutib⁹ adeo addunt vel minuūt·vt cudentes atq̄ info2tunatas impedite eas afficiāt et deinde fo2tes atq̄ dominātes· D Q̄ ſiquis dixerit·quia huiuſmodi virtutibus que attribuuntur lapidibus precioſis qualis virt⁹ puro ſmaragdo·videlicet attrahendi diuitias domino ſuo. Et dyamāto quod efficit gratioſum·nec in hoc effugiunt inconueniens·quia nec ſitus: nec locus aliq̄d addit vel minu[t] virtutibus iſtis·Pone eñ ſmaragdum a parte o2ientis iuxta te·vel applica eū tibi a parte occidentis: vl' a parte medij celi·nihil addidiſti vel minuiſti virtuti ei⁹· q̄re virtutes celo2ū atq̄ celeſtium: per quas eos operari dicunt: omnium virtutū inſtantio2es ſunt·caſibuſq̄ ⁊ info2tunijs: omibuſq̄ modis impedimento2um magis obnoxie. Poſſem⁹ iuxta hoc con̄ erro2ez iſtū multa alia inducere: ſed iſta ſufficē credim⁹ intelligentib⁹ quantū ꝑtinet ad intentōz pn̄tis tractat⁹. Diligēter aūt intēde in hoc qd' dixim⁹: demonis operatōz ſubārum ſpūaliū. Ex his eñ ⁊ ſimilib⁹ que in ſeipſis operant̄·fiunt fo2is alie operatōes ſicut mot⁹ ⁊ opera artificio2ū non ſunt mere ex ſpūalib⁹ operationib⁹ animarū: imo adiuuant̄ a co2poralib⁹ operationib⁹ videlicet motib⁹ menbro2ū ⁊ inſtrumento2ū vt dixim⁹· ⁊ iterū opationes q̄ ſunt ab aīab⁹ in co2pora ſibi ꝯiuncta nō ſunt ex ſolis ſpūalib⁹ q̄ in aīa ſunt·imo cooperant̄ opatōnes ſpirituū q̄s multi medios ⁊ ſubā et operatōne opinant̄ eſſe inter aīas et co2pora eo2um: ⁊ cooperationib⁹ ⁊ meditationib⁹ indigent anime: vt opentur in co2poralib⁹ ſuis·ſiue motum: ſiue aliam operationem. Silr ⁊ ad hoc vt operentur ipſa co2pora in alijs materijs· E Eſt ergo mod⁹ operationum ſubſtantiarum ſpiritualium: que ſunt coniuncte co2poribus·videlicett vt ipſe

ſubſtantie primum operentur in ſeipſis: operationes mere ſpirituales· ⁊ per illos deinde in corpora ſibi coniuncta operatões corporales: ⁊ per illas iterum in alias: & corpora aliena· et procedit ordo iſte operatiõum: ſemper ingroſſando· vt ita loq̄mur per elongationem a ſpiritualitate: ſubtilitate: atq; nobilitate· Manifeſtum eſt aūt per ſe· ꝙ iſte modus operatõnum non pt̄ eſſe in celeſtibus· quoniā per hanc viam nõ poſſunt imprimi: niſi corporales diſpoſitiões ignobiles· ⁊ ita nec ſciētie. nec artes nec ꝓphetie: neq; virtutes: neq; mores. Qd' ſiquis dixerit· quia virtutes iſte nobiliores ſunt longe: q̄ꝫ anime noſtre: ⁊ influētie ſublimioris· vtpote anime corporum lõge nobiliorum· ⁊ ꝓpter hoc non vtuntur corporibus ſuis ad operādum in alia: niſi ad corporales operatiões tantū· ſicut anima ſolis: non vtit̄ corpore ſolis: niſi ad agendum in corpora· videlicet ad illuminandum et calefaciendum ea: & cetera huiuſmodi facienda· virtutibus aūt ſuis nobilibus atq; ſublimibus influūt operationes ſuas nobiles ſpirituales· ſequit̄ ex hoc ex neceſſitate: vt non influāt: niſi quas vel quarum ſimiles habent · Et ad hunc modum· neceſſe eſt ſe habere in alijs· quare vel eaſdem diſpoſitiones ſpirituales: operabunt̄ ſemper inferioribus iſtis quantū in eis eſt vel mutabuntur virtutes animarum eorū: iuxta diuerſitatem operationum quas operant̄ in iſtis inferioribus· quare in aſcē dente ⁊ in medio celi ⁊ in q̄libet domorū quas ipſi diſtinguūt Similiter ⁊ in quolibet angulorū: aliorumq; locorum quos in celo deſignāt: eadem operabunt̄: vel ſimili mutabilitati ſubiecte erunt: quali ⁊ homines· F Amplius. Vna eſt figura totiꝰ celi in vno climate· ⁊ hora vnica: domorū: angulorū: aliorumq; omnium que ipſi conſiderant diſpoſitõ· quare vna ſignatio ⁊ vna cauſa omnium euentuū in hora iſta· omnium igit̄ interrogationum de re vna: in illa hora nõ erunt niſi vnum iudicium vnicuiq; reſpõſio. Verbi gratia· ſi mille milia hominū in hora vna: ⁊ climate vno· eadem ſolicitudine vrgente: de vna re interrogarent· vt de negociatõe: vl' ſurto vbi ſit. Idem erit omnibus rn̄dendum: & eadeꝫ omnibꝰ euenirent· quare ſi in climate vno naſcant̄ hora vna cētum vel mille paruuli· eadem prorſus illis euenīēt. ergo ſi vnus rex: ⁊ omnes. Amplius. Aut iſte conſtellationes ſiue ſtellaꝝ luminū poſitiões ſunt ſigna tantū iſtorū euentuū inferiorum· aut ſigna: aut cauſe ſimul. Si ſigna tantū aut erunt comitantia res ſe neceſſitate: aut non· ſi ſic: cum ipſa igit̄ ſigna neceſſaria ſunt· hoc ē: ꝙ auerti vel mutari nullo mõ pn̄t. Erunt ipſi igit̄ euentꝰ immutabiles ⁊ in auerſibiles· ⁊ ita oīa de neceſſitate euenīēt mortalibꝰ· ſi v̄o ſūt ſig̃: q̄ de neceſſitate nõ comitant̄ euentꝰ inferiores: erūt poſſibilia ſeparari ab ipſis

ſignum autem a quo ſeperata eſt eius res: ſignum mēdax eſt
quare poſſibile eſt huiuſmōi ſigna fallere. Nō eſt igiť ſcientia
ſignificationibꝫ eorū. Scientia eñ & ars nō ſunt de fallibilibꝫ:
et aliter eſſe valentibꝫ. Ampliꝰ. Si ſigna ſunt: ⁊ vtiqꝫ naturalia
notiora ſunt naťaliter: ꝙ res ipē ⁊ intellectui noſtro ꝓximiora
cū ſunt ſig̃ naťalia: ⁊ res ſuas naťaliter ꝑcedentia· hoc aūt nulli
hoīm videť. Si vero ſigna ſunt: ⁊ cauſe ſimul iſtorū euentuum
cū in ſe necc̃a ſint: erunt euentus ex neceſſitate neceſſarij. Motꝰ
eñ celorum cū omnibꝫ diſpoſitionibꝫ ſuis neceſſariꝰ eſt: ⁊ im=
mutabilis· figura eñ celi: ⁊ poſitio ſtellarū ⁊ luminum: q̃ fig̃a
eſt ⁊ cras· hoc nll'o modo poteſt auerti: quin ſit figura cras· &
de omni alia poſitione ſiue diſpoſitōne celi atqꝫ celeſtium oīm
ſilr ſe hēt· q̃re euentꝰ oēs creati a ꝯſtellationibꝫ: ſilr erūt nc̃carij
et ineuerſibiles· G Ampliꝰ. Si ſtaret celū: ⁊ deſtruerentur
ſtelle omnes ⁊ luminaria: perirent omnes iſte diſpoſitiones &
euentꝰ in hominibꝫ· ⁊ ita nec eſſent virtutes: nec vitia: nec artes
nec artificia apud homines ſm̄ iſtos. Ex his igiť manifeſtum
videre potes q̃lem poſuerūt vitam humanaꝫ huiuſmodi hoīes
q̃a ⁊ in melioꝛabilē & immutabilem ꝓrſus. Quid aūt veritas
habeat circa hoc: hoc eſt circa aſtronomie iudicia? Et q̃d ſalua
fidei pietate credi poſſit eis: hic determīare ſuperſedemꝰ· longi=
orem enim tractatum atqꝫ diſcuſſiōem requirit negocium: vt
cognoſcas· quia ſecte perditiōis ⁊ erroꝛes atqꝫ vicia & peccata
quibus dei iuſticia ꝑ eius iuſtiſſimū iudicium eťna damnatō
certiſſime reddenda eſt ab ipſis· ⁊ ꝑ ipos ſunt: q̃ pro his iuſtiſ/
ſime punienť. Nullatenus aūt celeſtibꝫ creaturis attribuenda
q̃a nec naťaliter: nec voluntarie a bonis dei creaturis· tante dei
ꝯtumelie: tante ꝑditiones hoī effici pñt· ſiue creaťe huiuſmodi
celeſtes: ſcꝫ animate ſint ⁊ animalia· prout ipſi opinanť: ſiue
non. De omni vō lege bona: omniqꝫ ſalutari credulitate: nul=
latenus dubitare dēs· quin ſit ab auctoꝛe: fonteqꝫ vniuerſali ac
ꝑmitiuo bonorū: qui ē deus altiſſimꝰ: ⁊ deus oīm ſeculorum:·
¶Erroꝛ deſtruitur: ꝙ quilibet in ſua fide poſſit ſaluari·

¶Capitulum· ·VI· A

V oniam aūt ſine occaſione diuerſitatis iſtarū legum
atqꝫ ſectarū· ſicut ex verbis machometi nōnulli in eū
erroꝛem deuenerūt: vt credant vnunquenqꝫ in ſua fide vel lege
vel ſecta ſaluari: dummodo credat eam eſſe bonam ⁊ adeo ipſi
placere q̃d facit: dummodo propter deū faciat quod facit· cō=
ueniens eſt: vt in hoc loco erroꝛem iſtum tam pernicōſum: tam
qꝫ peſtilentem deſtruere temptemus. Huiuſmodi ergo erroꝛis
vna eſt cauſa: que multos exagitat atqꝫ confundit· multitudo
ſcilicet numeroſiſſima damnandorum: ⁊ paucitas ſaluandorū

Ideo quidam inquirunt quare tam paucos elegit dei miſeri/
cordia ad ſalutem tam multos aũt deſeruit in ꝑdicõeȝ·maxi
me cum ꝓnior credat̃ ad ſaluandum q̃ȝ ad dãpnandum·vel
nõ melior ſaltem ſit eiꝰ miſericordia ad miſerandum ⁊ ignoſcẽ
dũ·quã eiꝰ iuſticia ad vindicandũ ⁊ puniendũ.Preſumpcõ
etiaȝ videri poteſt·vt pauci xp̃iani ſe ſolos arbitrant̃ ſaluãdos
tota reſidua multitudine hominũ vȝ maloꝝ xp̃ianoꝝ qui lõ
plures ſunt q̃ȝ boni·deinde iudeoꝝ·ſarracenoꝝ·atq̃ȝ paganoꝝ
ſiue idolatraꝝ·in ꝑdicõeȝ derelictis·q̈liter implebit̃ domꝰ dei
celeſtis tanta paucitate electoꝝ·cum infernus q̃ longe minor
eſt corꝑe ſufficiat & de omnibꝫ ad totã multitudinẽ dãnatoꝝ
An videt̃ ꝯueniens regi regum & dño ſeculoꝝ·vt plures ha/
beat in carcere vinctos·plures patibulis affixos·tormentiſq̃ȝ
traditos·quã habeat ſibi famulãtes & ſubditos.An põt miſe
ricordia dei cꝰ nõ eſt numerus nec menſura ſuſtinẽ tantã cã/
nificatiuã tormẽtoꝝ·vel q̃d inquiũt tãtaȝ mltitudinẽ dãnato/
rũ creauit deꝰ.Et an creauit eos in ꝑdicõnem & mortem.An
ꝯuenit diuicijs bonitatis eiꝰ ⁊ ĩmenſitati miſcd'ie ſue eos cre/
aſſe·quos vtiq̃ȝ ſaluare poterat·& flãmis infernalibꝫ depaſcẽ
dos delinquẽ·vel ſic·q̃d aliud creãdo eos voluiſſe facẽ videri
pt̃·quã igni infernali de ipis patibulũ miſtrare.De his autẽ
q ꝓ eo faciũt· quicq̃d faciũt·credentes ſe obſequiũ eideȝ pa/
rare in eis quãuis male·ignorant̃ tñ faciũt·quid erit ⁊ potiſſi
mum de his·q̃ ꝓ deo ſiue ꝓpter deũ omẽ genꝰ ſupplicioꝝ nõ
ſolũ patient̃ ſȝ etiã gaudent̃ ꝑtulerũt·ſicut de mltis hereticis
audimꝰ·⁊ ipi etiã videẽ poſſemꝰ·q̃a igneȝ ⁊ alia tormenta ſpõ=
te ymo gaudent̃ ſubeũt·vtiq̃ȝ ꝓpter deũ ſe oĩa ſufferre dicen/
tes·⁊ in corde ſicut credimꝰ hñtes B Incipientes igit̃ dica
mus·q̃a error circa res multas & in mltis hoĩbꝫ·& dãnabilit̃
eſt & cauſa dãnacõis. Si eñ volens ambulare corꝑaliter nol
let ꝓuidẽ via ipiꝰ diſcrimina·vȝ offendicula ⁊ alia precipitia
q̃ oclis corꝑis videri ⁊ nõ videri pñt·ſed magis clauſis oculis
aut auerſis a via vellet incedẽ·quicq̃d ei mali hec eſt offenſio
nis vl' caſus eueniret·iuſtiſſime ipi imputari poſſet·poteĩt eñ
ꝑſe hꝰmodi ꝑicula declinare.In eo ergo q̃ per ſemetip̃m ĩmi
nentia ſibi mala in hꝰmodi via viſibiliter ⁊ noſſe & euitaẽ po
tuit·rectiſſime dicit̃ vt ſibi ea imputet ſi in illa inciderit·⁊ iſta
eſt ꝯmunis omniũ animaꝝ ꝯceptio.Eodemmodo ſiquis ire
voluerit ad locũ aliq̃ȝ·viam ignorans que ducat ad illũ ꝓſto
aũt habeat qui viã ei oſtendat·& tñ nec ducatum itineris nec
vie oſtenſorem querit aut petit ſi erat ſic itinerans ei merito
imputandus eſt error itineris huiuſmodi·⁊ hanc ꝓpoſicõneȝ
cuiuſlibet animꝰ approbat auditã·ſimiliter imo fortius n̄ ſto

in via mor͡ꝝ ſe hr̃e neceſſe:quã in via huiuſmodi·tanto magis et ꝓprio viſu ſpirituali ⁊ alieno:ꝓuidenda ſunt ⁊ precauenda qui igit̃ non ꝓprio ſenſu vbi eis ſuppetit·nec alieno:vbi eis paratus eſt q̃s cõſulere:pericula ſpũalia declinare volũt·merito eis imputãda ſunt:cũ in ea inciderint. Amplius.Si videris aliũ errare in via iſta viſibili:teneris illum ab errore illo auertẽ·⁊ a periculis q̃ ipſi imminere cernis: eidem p̃cauere·multo magis igit̃ ⁊ in via morũ·longe aũt amplius teneris tibi conſulere q̃ alij.Tanto ergo culpabilius ſibi vnuſquiſq3 nõ conſulit de via huiuſmodi:⁊ ad viã pertinentibus: q̃ alij· quanto magis ſibi debitor eſt ĩ huiuſmodi:q̃ alij. Ex his ergo manifeſtũ eſt tibi quia negligentia iſta querendi: ſcilicet viã veritatis ⁊ ſalutis: negligentia eſt culpabilis ⁊ dãnatione digniſſima. In his g° qui ꝓprio ſenſu: ingenioq3 ⁊ induſtria diſcrimina ſpiritualia preuidere ⁊ p̃cauere poterunt:ſiue ex ſcripturis:ſiũ ex doctrina ſiue ex miraculis: ſiue ex omnibus his·iuſtiſſima eſt damnatio erroris·⁊ ignorans talis: meri o ignoratur vt dicit Apoſtolus in xiiij·p̃me ad Chorin·tales ſunt:q nolunt intelligẽ vt bene agẽt·
C Siquis aũt querat de illo q inueĩt doctores vel p̃dicatores cõtrarios·videlicet vnũ fidelem:⁊ aliũ infidelem·nec ſufficit ex ꝓprio ſenſu vel ex dicto eorũ: vel ex vita·cui eorũ magis credẽ debeat diſcernere·an requiret deus ab iſto:vt diuinet fidem.Hic ꝓculdubio·q̃a nõ habet de humana rõne qd faciat:implorare debet diuinum auxiliũ:vt dicit Augus.⁊ tota inſtantia dep̃care vt illuminator animarũ deus viam veritatis ei oſtendat:⁊ cor eius applicet ei parti contradictionis:q̃ vera eſt ⁊ eidẽ accepta.Pie aũt credendũ eſt de miſericordia dei·quia ſic pulſanti: aperiat· Et quid niſi negligẽtia quẽnde veritatis:⁊ alia culpa obſiſtat cor eius auertet deus:ne impietatis errori ꝯſentiat D Idem ſciendum eſt in illo caſu·videlicet·ſi ſeductor ſub pretextu veri catholiciq3 doctoris:ſimplici alteri ⁊ indocto errorem aliquem impietatis predicet·quia deus cor eius auertet:ne illi credat·niſi hoc vel negligentia eius: vel alia culpa impediat·cuſtodit eñi deus diligentes ſe.Dicimus etiam·q̃a cum intellectus humanus creatus ſit ad inquirendam ⁊ cognoſcendã veritatem ſalutarẽ maxime de hoc debet eſſe ſtudioſus atq3 ſolicitus . Quare negligentia eius in hoc atq3 deſidia: maxime culpabilis eſt atq3 damnabilis.Amplius.Vnuſquiſq3 ad actũ ⁊ finem proprium: expeditior eſt atq3 facilior: q̃ ad aliquem aliũ. Manifeſtum eſt q̃a virtus intellectiua noſtra ad querendũ ⁊ inueniendũ deũ quantum hoc requirit ⁊ expedit: expeditior eſt atq3 facilior:q̃ ad querendũ ⁊ inueniendũ aliquid aliud.Maxime cũ preſto

ſit deus: ſemper adiuuare conantes ad ſe: et appropinquare appropinquātibus ſibi. Conſidera igitur iſta que diximus: et videbis omnes errantes in via veritatis et ignorantes: eadem culpa naturaliter errare et damnabiliter ignorare. Nullum eſt enim inuenire in eis: qui nō ſit negligens inueſtigando per ſemetipſum: ſalutarem veritatē. aut inquirēdo ab alijs: aut implorando diuinum auxiliū: aut in faciendo veritatē. qui enim negligit facere bonum: quod eſſe faciendum nouit. meretur nō accipere noticiā id faciendi: quod non dū nouit. De vnoquoque ſperandū eſt enim ſi talento intellectus: tota diligentia bene negociatus fuerit: in quibus per ſe potuit. Quod etiam multipliciter ei: vel augeatur. vt etiā diuine reuelationis ſeu inſpirationis munere: capiat ampliora: ad que per illum pertingere nō valebat. vel etiā quod predicetur ei doctrina vel predicatio ſalutaris. quod dicimus propter hoc quia ſi aliquis eſſet ſeorſum ab hominibus: et vellet negociari diligenter talento intellectus ſui ex conſideratiōe viſibilium: facile eſt ei inuenire creatorem: et multa alia de ipſo. videlicet. Ipſum diligendū: honorādum: et adorandum. Et ſi inuentis: bene negociaretur. adderet ei deus alia. vel per inſpirationem: vel per doctrinam: aut per predicationem quam ipſemet ei procuraret. Omnino enim credendum eſt deum neminem velle deſerere: qui ei ſtudeat adherē. Iam ſatis factū ergo ē tibi: de omni adulto erranti: errore impietatis. quia iuſta eſt eius damnatio. E

Declarabimus aūt euidentius hic: et dicemus. quia ſicut libere volūtatis eſt: vt ſe auertat ab omni malo nolito: et vt per conſenſum ſe non inclinet in id. ita eſt et intellectus humani ſiue rōnis vt ſe auertat ab omī male credito: et non vt aſſentiat illi et hoc vel ex proprio lumine ei poſſibile eſt: vel ex alieno. Ex proprio. hoc eſt. proprie inueſtigationis. ex alieno: id eſt diuine reuelatōis Sicut ergo libera voluntas damnabiliter conſentit in male nolitum: ſic humanus intellectus damnabiliter aſſentit in male creditum. quare tenetur vel ipſe ſe corrigere: vel correctorem ſuam per aliquam viarum quas diximus procurare. quare non licet errare in huiuſmodi: nec talia errare. et hoc apud omnes nationes receptum eſt. Ipſi enim ydolatre dixerunt. quia qui dubitat deos eſſe honorandos: indiget pena. Amplius. Sicut debitrix eſt libera voluntas: ſiue affectus ſue operationis quod eſt velle in bonis volendis. ſic et intellectus ſue operationis debitor eſt in veris credendis ſeu cognoſcēdis. quare ſicut nō licet affectū: vel damnabilia velle: vel ſalutaria nō velle. Ita nō licet intellectum impia falſa credere: vel ſalutaria vera nō credere quare nec error: nec ignorātia

aliquem excuſat vnq̃ȝ a ꝑditione omnino. Amplius· non mi/
nus tenetur deo in ſuis operationibus intellectus humanꝰ ꝙ
affectus · nunq̃ȝ autem licet affectum amare contrarium deo:
vel eis que eius ſunt· ſimiliter nunq̃ȝ licet ei vel non amare ea
que eius ſunt · quare nunꝙ licet intellectum credere cõtraria
ei vel eis que eius ſunt· ſimiliter nec non credere ipſum vel ea
que eius ſunt· quod enim eſt non amare in affectu hoc eſt nõ
credere ſiue non cognoſcere in intellectu· F Amplius· ſi
ignorantia vel error excuſaret· cum omnes peccantes errent ⁊
ignorent· tanto amplius quanto amplius peccant: omnia pec/
cata eſſent excuſabilia: ⁊ maiora magis excuſabilia· quoniam
maiores errores ⁊ tenebras ingerunt peccantibus· vides igitur
quoniam ad hanc dementiã tandem deuenerunt· vt liceat vni
cuiq̧ credere ⁊ diſcredere quicquid voluerit· ⁊ nullam legem
eſſe poſitam intellectui: quare nec affectui· ⁊ propter hoc nul/
lam legem tenendam eſſe ſimpliciter· quia quelibet poteſt te=
neri licite ſm̄ eos ⁊ contra quemlibet fieri ſimiliter cum error
⁊ ignorantia vbiq̧ excuſent· ex quo ſequitur nihil eſſe virtutẽ
vel vicium ſimpliciter· quia credenti de virtute ꝙ ſit vicium
virtuoſum: imo religioſum ſit vnicuiq̧ credere ſm̄ credulita/
tem ſuam quantumcunq̧ impiam vel erroneam . Amplius·
ſm̄ hoc nullus errabit vel credendo vel operando: cum creden
dum ſit vnicuiq̧ quod credit ⁊ operandum quod operatur
ſm̄ credulitateȝ erroris ſui. Iterum eque coletur deus ſm̄ hec
vicijs ⁊ virtutibus· ⁊ eque compoſiti erunt mores vicioſi ⁊ iu
dicio dei eque laudabiles: quoniã eque remunerabiles· poſtꝙ
nõ refert quid agat vnuſquiſq̧ vel qualiter : ſed ſolummodo
quid credat ſe agere vel intendat: aut qualiter· ⁊ per hanc viã
eque colenda erunt ydola vt deus altiſſimus ſi credantur eq/
liter eſſe colenda: ⁊ meritorie atq̧ religioſe negabitur deus ſi
credatur eſſe negandus. Apparet igitur manifeſte tibi ex his:
intellectui poſitam eſſe legem ⁊ limites in operationibus ſuis
⁊ limitatum ei eſſe quid credere vel diſcredere · ⁊ iterum non
credere vel ignorare liceat. Et iterum interdum ignorantiaȝ eſſe
damnabilem videlicet in quibuſdam hominum ignoratis. Si/
militer ⁊ credulitatem quorundam damnabilem eſſe ⁊ impiã
⁊ propter neutram excuſare a tota damnatione eos quos in
uoluerint. Fortaſſis auteȝ excuſat a tanto. Non enim tantum
peccare videtur qui erranter vel ignoranter male agit· quantũ
qui ſcienter contra conſcientiam . Ꝙ autem quibuſdam
viſum eſt · quia ſi aliqua mulier viro neſciente iniret lectum
ipſius: ⁊ cognoſcat eam· ⁊ credat eſſe vxorem ſuam maxime de
nocte· quia non peccat excuſatus per huiuſmodi errorem vel

vel ignorantiam · alioquin tenerentur viri accendere lucernas media nocte ⁊ diligent̄ conſpicē atq̨ probare an eſſent vxores ſue:q̄s iuxta ſe inuenirent·qđ q̨ conſuetū eſt non fieri:nec bn̄ videtur ad faciendū·dixerūt quia in huiuſmodi caſu excuſat⁹ eſt vir·niſi forte in muliere adeo nobiles:adeo q̨ euidentes ſunt differentie:vt ip̄m niſi omnino ebriū aut dormientē errare nō ſinat· queadmodum ſi vxor ſit mlr̄ gracilis modiceq̨ ſtature· ſuppoſita vero ſit gigantee magnitudinis:aut multe pinguedīs: multeq̨ corpulentie.In hoc quippe caſu:nullo mō licitum eſt errare vigilātibꝫ viris: Nobis aūt videt̄ aliter ſentiendū·quia niſi culpa aliq̄ viri hoc impediat:auertat de⁹ cor eius:ne cognoſcat mulierem ſic iuxta eū iacentem·⁊ hoc vel infrigidando eū vel aliquam cogitatiōē immittendo:vel aliter ip̄m occupando vel ipſam mlr̄em terrendo:ita vt inde abeat:vel aliqua alia via Modi autē ⁊ vie innumerabiles omnipotenti deo preſto ſunt: ad cuſtodiendū quos voluit cuſtodire· cuſtodit em̄ dominus diligentes ſe·ſicut legit̄ in pſalmo. Et iterū prou·ij.Cuſtodiet iuſtoꝝ ſalutem:⁊ proteget gradientes ſimpliciter·hoc aūt per ſimilitudinem matrimonij ſp̄ualis: euident̄ oſtendi pt̄· apparet enim interdū Lucifer dyabol⁹ in ſpecie domini ſaluatoris·etiā cuidam apparuit nr̄is temporibꝫ in ſpecie crucifixi. Querim⁹ ergo:ſi adoraſſet eū pro dn̄o ſaluatore·⁊ vtrum eſſet excuſatus ꝑ ignorantiā in hoc adulterio ſpirituali . Si em̄ vir ſapiens ad amplexum carnalem:adulterā credens eſſe vxorem ſuā. Siliter et mulier ſuſcipiens adulteriū: credens eum maritū ſuum·excuſatur ꝑ huiuſmodi errorem ꝓbabilem· ergo ⁊ in ſpirituali adulterio erit excuſata anima fidelis: errore ꝓbabili inducta· ſuſcipiēs adulterū dyabolum pro xp̄o ſponſo ad amplexum adoratōnis:⁊ ad omnia alia que ſunt honorificentie diuine:⁊ cult⁹.Sequit̄ etiā ex his·qa ſolū talia non excuſabūt:ſed meritorie fieri pn̄t·videlicet·ſi cauſa reddendi debitū cognoſcat alienam ⁊ ex caritate·cum om̄e quod eſt peccatum: fieri poſſit ex caritate.Poterit ergo adorare dyabolū anima fidelis ex amore quē habet ad chriſtum· ita ſeducta ꝓbabili errore vt dixim⁹ quare meritorie poterit ſeruire dyabolo cum genere ydolarie· Iuxta viam iſtam ſequitur premiſſam opinionem:vt pie ⁊ fideliter atq̨ remunerabiliter poſſit credere maiorē partem oīm hereſum.Si enim licet marito commiſceri adultere per ſupradictum errorem vel ignorantiam:licebit ⁊ intellectui humano falſitatē adulterinam hereticā ꝓ ſalutari catholicaq̨ veritate· q̄ ſponſa ipſius ē:ꝑ ſilēm errorē ⁊ ignorantiā admittē:q̄ copla non ē ibi aliud:q̄ȝ credulitas ſiue fides·quare poterit intellect⁹ human⁹ credē multos errores impietatis. ⁊ hoc pie ⁊ fideliter

atq; remunerabiliter: cū crediderit eos eſſe articlos fidei. Illud ergo potiꝰ nobis videtur diuine pietati magis conſonū· vt vbi inuincibilis eſt ignorantia· qđ eſt: vbi non habet hō de hūana ratione quid faciat: ibi imploret diuinū auxilium: ⁊ nō temere ſe precipitet. Ibi eñ totum pertinet facere ad deum: vbi non hƀ homo quid de ſe faciat. Verbi gratia· ſi ī eam figurā vel formā ſe transformauit lucifer· in qua nihil poſſet apparē homini per quod non videaṫ xp̄c· nec aliquid ꝑ quod dinoſci valeat non eſſe xp̄us. Solius dei eſt cuſtodire hoīem· nec aliud ibi homini relictum eſt: niſi diuinū auxilium implorare. Nuſq̄m aūt dubitandum eſt: quin preſto ſit auxiliator deꝰ pie inuocantibꝫ ip̄m et etiam nō inuocantibꝫ: niſi culpa eorum obſtiterit· quare in premiſſo caſu dicimꝰ: ꝙ deus auertet cor hominis: ⁊ ab impietate adorationis dyaboli: ⁊ ab impietate erroris in cognoſcēdo ꝓprias filias· licꝫ ignoraṅꝰ nō peccauit Iacob cognoſcēdo Lyā ſe credens cognoſcere rachelem· ſicut nec Iudas patriarcha: q̄ credens ſe cognoſcere ſcortum: nurū ſuam Thamar cognouit· Peccare eñ potuerunt Iacob ⁊ Loth. Sicut· n· Loth inebriari potuit: ⁊ Iudas fornicari: ſic ⁊ iacob. Excuſantur igiṫ per ignorantiam a tanto: ſed nō a toto vt dici ſolet. hoc eſt· non vt oīo non peccauerint: ſed vt non tantum· G ꝙ ergo querit de multitudine damnatorum: ad quid deus eam creauit· certū eſt quia ex diuitijs bonitatis ſue eam creauit· ⁊ quia multa bona magnifica eis contulit· penas v̄o vel tormenta: niſi meritas atq; iuſtiſſimas nulli iniquam intulit: nec inpoſterum illaturꝰ eſt. Apparet ergo tibi ex his· quia iuſticia dei: cauſa eſt dānationis eorum vbiq; efficienſ· qua nulla iuſtior excogitari poteſt mala vero eorū merita: cauſa ſunt q̄i materia perditionis eoꝝ quibꝫ iuſtiſſimo iudicio ⁊ laudanda in omnibꝫ iuſticia damnatio illa reddiṫ H ꝙ aūt tam multi ſunt qui damnātur et tam pauci qui ſaluanṫ· ⁊ in naturalibus ⁊ in moralibꝫ ſimilitudinem expreſſam inueīs. Viliorum eñ ⁊ ignobiliū maior ſemꝑ ē multitudo: q̄ȝ precioſorū ac nobiliorū· vt ferri ⁊ plūbi: q̄m auri ⁊ argenti· ⁊ lapidum ignobiliū: q̄ȝ gemmarum· Siliē quercuum: q̄ȝ cedrorū vel palmarum Eodeȝ modo ſtultorum hominum: q̄ȝ ſapiētum· ⁊ malorum: q̄ȝ bonorum. Vides etiam quia in tanta multitudine hominum: paucos de illis reges vel principes etiā temporales efficit deus. Nec mireris ꝙ nō omēs homines fecit reges aut p̄ncipes· ⁊ tam modicorū: tamq; ignobilium regnorū· vt ſunt temporalia· q̄nto fortiꝰ ergo mirari nō debes: ſi paucis lāgitur preclara ac nobiliſſima regna celeſtia Amplius. Cum tam raros videas: qui regna celorum appetāt: vl' qui eadem curent· tam multos autem qui ab eis ſe auertūt

et contraria ſectantur·ꝓpter quid miraris:ſi tam pauci perue/
niunt:tam multi non proueniunt ad illa?Amplius.Si videres
de centum partibus generis humani:nonaginta nouem totis
ſtudijs ac viribus currentes per vam que ducit ad mortem·
paucos vero contrario:currentes per viam que ducit ad vitã·
non miraris ſi magna illa multitudo:tota adueniret in morteꝫ
et ſola illa paucitas perueĩret ad vitam. Sic ⁊ conſidera tantã
multitudinem perditorũ:& videbis eam feſtinantem ad mortẽ
Econtrario vero paucitatem electorum feſtinantem ad vitam·
Quid ergo mirum eſt:ſi vnuſquiſqꝫ hominum ad finem per=
uenit:ad quẽ totis ſtudijs ac viribus tendit. multitudo nanqꝫ
perditorum hominum:in via vite iſtius multitudo eſt:⁊ vitaꝫ
fugiens:& in mortem ſe precipitans·⁊ in ſtangnũ ignis et ſul/
phuris ſe inijciẽs:atqꝫ in mare ⁊ in abiſſum eternarũ multitu.
dinum ſe demergens. Qꝫ in baratꝝ infernale vnuſquiſqꝫ cadᵗ
de ponderoſitate:eſt proprie iniquitatꝭ·qꝫ ſurſum ad ſublime:
ſcꝫ eterne beatitudinis aliqui trahunẽ:de virtute eſt omnipotẽ
tis diuine bonitatis· I Vt quid inqunt:ſuſtinet diuina bo
nitas tantam ſtragem hoĩm quoſ creauit:an delectat eũ tanta
carnificia tormentorũ infernalium? Reſpondemus qꝫ nihil exẽ
ipſum:delectat ipſum ꝓprie·⁊ qꝫ placent ei tormẽta malorum:
et quia bona ſunt:vtpote creature eius:⁊ propter pulcritudiẽꝫ
iuſticie que in eis ineſtimabiliter & miranda eſt:⁊ laudanda
quam tanto delectabilius intuebuntur ſancti in patria: qꝫ hic
eam cogitant vel audiant:quanto maior erit eis ibi amor iuſti
cie atqꝫ cognitio:qm̃ hic.Similiter ⁊ quanto maior videbitur
ipſa diuine iuſticie magnitudo· Ex quibus per locum a pro/
porcione ex neceſſitate ſequitur.maius eſſe futurum ibi gau=
dium de aſpectu ſeu ĩtuitu pulcritudinis diuine iuſticie:que
ibi luciđiſſime conſpicietur:qm̃ eſſet gaudiũ ex omnibus hu/
iuſmodi gaudijs:ſi conflarenẽ in vnum.Omne·n·gaudium:⁊
omnis delicia pro magnitudine amoris qui in eum eſt:& pro

magnitudine cognitionis que de eo eſt:atq̃ȝ pro magnitudinē ipſius delectabilis magnū eſt.Quia igitur tria hec ſunt ꝓpor/cionabilia ſeu reſpondentia hic ĭ via·infinita ſunt:⁊ ſup̄ omnē proporcionem maiora. Neceſſarium et gaudiū ex his in pr̄ia eſt infinitum ⁊ gaudium ex ꝓporcionabilium eorū in via. Cū enim poſuerimus duo delectabilia et duos amores·duaſq̃ȝ cognitiones ſiue perceptiōes eorum proporcionales· videlicet vt ſicut amor primi delctabilis ad amorem ſecūdi.Ita ⁊ cognitio ſiue perceptio primi ad agnitionem ſiue perceptionem ſecūdi Et ipſum primum delectabile ſimiliter ſe habet ad ſcd̄m·erit neceſſario:vt ſicut ſuper omnem ꝓporcionem amor ⁊ ꝑceptio primi ſe habet ad amorem et perceptionem ſcd̄i ·ita gaudium exprimo ſꝫm amorem et perceptiōem primam erit ſup̱ omnē proporcionem mai⁹ gaudio quod eſt hic ex ſcd̄o·ſꝫm amorē et perceptionem ipſi⁹ in via. Verbi gratia. Primū delectabile eſt id ꝙ apparebit de pulcritudīe diuine iuſticie ĭ pr̄ia. Amor in ipſum et perceptio ſiue cognitio ipſius primi ſunt amor di-uine iuſticie et ꝑceptio eiuſdem in patria.Scd̄m vero delecta/bile eſt id ꝙ apparet hic de pulcritudīe diuine iuſticie. Scd̄us vero amor ſcd̄aq̃ȝ cognitio ſiue perceptio ſunt amor atq̃ȝ per-ceptio diuine iuſticie quales ſunt ĭ via.Iam aūt alibi didiciſti quia eorū que ſunt patrie ſeu glorie ad ea q̄ ſunt vie nulla eſt cōparatio in magnitudine ſeu intenſiōe:q̄re amoris ad amorē ⁊ cognitionis ad cognitionem nulla erit comparatio:ſimiliter nec ei⁹ quod apparebit de pulcritudine diuine iuſticie in pr̄ia· ad id quod de eodem apparet in via·quēadmodū nec eius qd̄ apparebit tūc de diuina miſericordia ad id quod de eadē nūc apparet in via:et ita de alijs que dei ſunt.Declaratū igitur eſt tibi per hec:et qm̄ admiranda diuine iuſticie pulcritudo ĭ car nificijs tormentorum infernaliū.Et quia gaudio in enarrabili et omni gaudio mundano in infinitū magis delectabit electoſ Fiet aūt euidentius quod dicimus literarū deſignatione·No/minemus igı̄t·d·id quod apparebit de pulcritudine iuſticie in patria·amorē vero atq̃ȝ cognitionem eiuſdem quales erūt ibi vocemus·a ⁊ b·gaudiū vero qd̄ erit ex d per a ⁊ b·vocem⁹ c ⁊ ad hunc modū hoc qd̄ apparet hic de pulcritudine iuſticie nominem⁹ h·e vero et f·amorē atq̃ȝ ꝑceptionē ſiue cognitionē h·quales ſunt ĭ via·g·vero gaudiū ꝙ eſt h·per e·et f· vides igı̄t quia d·ad h·nulla eſt ꝓporcio ſeu comparatio ĭ magnitudine ſeu intentiōe ꝓporcionales aūt ſunt a et b ad c· id eſt ſimiliter ſe hn̄tes.vt e·⁊ f·ad g·q̄re permutatim ꝓporcionales erūt:ſicut igitur a et b ad e ⁊ f.ita c ad g.Cū igı̄t ĭ infinitū maiores ſint· a et b·q̄ȝ e ⁊ f·in infinitū mai⁹ erit c ꝙ g. Debes aūt ſcire:quia

a ⁊ b ⁊ c equalia ſunt: et generaliter omēs apprehenſiones
ſuis affectionib⁹ erūt eq̄les in patria· vt cog̃tio vniuſcuiſq; ibi
et amor eius ex illa cognitione ibi erunt equales· Silr̃ gaudiū
omnium cognitionum ⁊ amorum ex quib⁹ erunt: erit equale·
et hoc quoniam vnaqueq; virtus aget actū ſuū ibi in vltimo
perfectionis ſue· ⁊ ideo actus ⁊ virtutes equales erunt ibi inui
cem· hoc eſt omnis actus ſue virtuti. Ex his ergo que diximus
manifeſtum eſſe tibi debet· q̄a laudanda eſt diuina bonitas in
hoc: q̄d malis ⁊ reprobis preter eſſe· vitā aliaq; naturalia bo=
na ⁊ gratuita ⁊ temporalia largitur. Qꝫ autē ampliora eidem
non dat: non ideo hoc eſt· quia ip̄e manum ſue retrahat largi/
tatis· ſed quia ipſi manus ſuas alijs occupant: vt quo minus
recipiant: ſe auertunt ſicut qꝫ lumen ſolis ſuper multos nō ca
dit: ⁊ eos non illuminat· non ex eo eſt qꝫ ſol radios ſuos retra=
hat: ſed quia ipſi a lumine eius ſe auertunt. Si quid igit̃ extra
ſemetipſum omnipotentem deū delectare poteſt· in tanta multi
tudine: magnitudineq; tormentorū infernaliū· eodem modo q̄
pbas eſt delectatiōē de ipſo delectare? Cur nō delectet eū admi=
randa ibi pulcritudo iuſticie ſue. ſilr̃ ⁊ gaudiū electorum: ſuo
rumq; dei· videlicet qꝫ eis erit magnū cognitionis ⁊ amoris iu/
ſticie ipſi⁹: necnon ⁊ ꝓ magnitudine e⁹: qꝫ ipſa tūc apparebit
deinde nō niſi diuinā bonitatem ſuā impleret de⁹: ſi iuſticiā in
malos non exercēt· quaſi eñ due partes diuine bonitat⁹ ſunt:
ſicut partes ibi cogitari fas eſt: miſericordia ⁊ iuſticia· videlicꝫ·
ſm̄ effectū tantū · cū bonitas diuina impartibilis ſit ſm̄ ſe in
vltimo impartibilitatis· ſm̄ hunc aūt errorem: aut eſſet apud
deum ocioſa iuſticia: aut enormiter diminuta· K Qꝫ autē
mirant̃ eternitatem penarū infernalium inſipiētes ⁊ increduli·
inde eſt· quia ſolā immenſitatem miſericordie dei conſiderāt: ⁊
magnitudinē iuſticie eius non attendunt· Cum eñ nec minor:
nec min⁹ eterna ſit dei iuſticia: q̄ eius miſericordia· nec minor
nec minus eternus eſſe debet ipſius effectus in damnandos ⁊
puniendos: q̄ effect⁹ miſericordie in ſaluādos ⁊ beatificandos
qua ꝓpter ſicut ſalus ⁊ beatitudo eterne: erunt in p̄deſtinatis·
Ita damnatio ⁊ penalitatis miſeria etn̄a erit in reprobis. Am/
plius. monet inſipiētes ⁊ incredulos: qꝫ peccatū momētaneum
eſt: ⁊ admodum breuis ꝑpetratio ipſi⁹. Qualiter inqunt iuſta
poteſt eſſe pena eterna ꝓ eo illata? In quo manifeſtum eſt eos
non cognoſcere naturā ſiue eſſentiā ipſius peccati. Peccati eñ
ipſius perpetratio vulneratio ſpiritualis eſt ex vna ſui compa
ratione· tu autem noſti: quia non eſt mirum: ſi ex vulneratōne
breuiſſimi temporis vulnus multe duratōnis: aut etiam mors
que quantū in ſe eſt: ꝑpetua eſt· ⁊ finem non habenſ: relinquit̃

Ex alia vero comparatione ſui peccati perpetratio caſus eſt in
profundū. Et in hoc exemplo etiaꝫ notum eſt tibi: quin nihil
obſiſtit: quin caſus huiuſmodi breuiſſimo tempore fieri poſſit
et tamen multo tēpore: vl' abſqꝫ exitu remanebit in profundo
qui ſic cecidit. Ex tercia etiam comparatiōe ipſa peccati ꝑpetra
tio· ſicut furtū eſt: aut rapina ſpiritualis· vel ſicut aliud ex ma
leficiis forinſecis. Et non miraris· nec ipſi etiā mirantur: quin
mutilatio vel mors que pro illo iuſte ſm̄ leges ſeculares infli
gitur: ſic ꝙ nec eſt ſanitas a mutilatione in vita iſta: nec reſur=
rectio a morte corporꝰ: niſi miraculo diuine virtutis. Ex q̃rta
vero ꝯparatione: peccati perpetratio ligatio eſt ſeu vinculatio
peccantis· natura autē vinculationis eſt: vt breui tempore fiat
verum eiuſdem natura eſt: vt tandiu ligatum teneat: quandiu
modis·primo ſi vel aliquid iſtorũ dignum tanta honorificẽtia credimus·Secundo ſi aliquid quod de ſolo altiſſimo deo ſentiendum eſt de aliquo eorũ ſentimus·Vbi gratia ſiquis de ſole vel luna vel de aliquo alio crederet ꝙ omnipotens eſſet·vel ꝙ adorandus·vel ꝙ eius virtutis vel numĩs ·vt vitã vel ſalutem dare poſſet ·proculdubio iam huiuſmodi ſacrilega opinione & dei altiſſimi maieſtatẽ offenderet: ⁊ ſolem in corde ſuo quantum in ipſo eſt deificaret·deiqꝫ altiſſimi gloriã intolerabili iniuria in ſolẽ transferret·ſeruitio quoqꝫ dupliciter ſeu exteriori ſiue interiori·ſunt enĩ interiora ſeruitia dei·ſicut timor amor & honor: & cetere huiuſmodi affectiones ·quarum multe ſoli deo impendende ſunt & nullatenus rebus alijs·Exteriora autẽ ſeruitia iam in ſeptem partes diſtinximus ⁊ declarauimꝰ eas in tractatu ſacramentorum ſacramentaliũ atqꝫ iuſtificationũ Ex his ergo que diximꝰ recollige breuiter quia ſicut vis noſtra rationabilis ·vel caſtitatem illius nobilis matrimonij q̃d ſupra nominamus ·vel ſeruat ex neceſſitate ·vel fornicatur cũ alijs veritatibꝰ: & ſimiliter vis noſtra concupiſcibilis primitie ac iocundiſſime bonitati·vel ſeruat caſtitateꝫ matrimonij·vel fornicatur cum alijs bonitatibꝰ·ſic & vis noſtra iraſcibilis:vel debita caſtitate adheret p̄eminentiſſime altitudini vt diximus reddens ei vltime honorificentie debitum ac nobiliſſime ſeruitutis cultum·vel fornicatur cum alijs altitudinibꝰ·impendens ei ſeruitia que ſoli ſponſo impendenda eſſent·quia ergo fornicacões duarum aliarum virium quas notauimus naturales ſunt·hoc eſt ex natura ſeu innata nobis corruptione procedẽtes ·ſic & hanc nephariam fornicationem ydolatrie naturaleꝫ eſſe neceſſe eſt ·cuiꝰ rei triplex eſt iudicium vt diximus·videlicet vniuerſitas·perpetuitas: & ſeparationis difficultos· In eis enim que naturalia non ſunt contrarium ſemper inuenitur · videlicet vt raro ſint ⁊ in paucis: & vt non ſemper D Iam igitur declaratum eſt tibi per hec radiceꝫ tam pernicioſe peſtis naturalem eſſe·nihilominus etiã & hoc ſenſu declarari poteſt q̃ncito enim altitudo diuinitatis apparere potuit in ydolis vl' ſtellis vel demonibus·quocunqꝫ ſigno·videlicet ſine predicatione ſiue futurorum·ſiue quocunqꝫ opere magico vel aliaquacunqꝫ ludificatione ·ſtatim inclinati ſunt hoĩes ad adorandũ Innatũ eſt enĩ nobis ad alta humiliari ·adſuper eminẽtiſſime aut diuine nobilitatis altitudinẽ ·naꝫ naturali corruptione in qua ſumꝰ·veſtigijs eiꝰ loco ipſius inheremus·q̃nta enĩcunqꝫ

eſt altitudo quantacunq; nobilitas in creatura quecunq; per huiuſmodi ſigna q̄ diximꝰ apparent nō ē niſi ſupme ac diuine altitudīs veſtigiū per modicū atq; per tenue verum tenebre in quibus ſumus: huiuſmodi veſtigia faciunt videri non ꝯm veritatē. ſic ꝛ de nocte veſtigiū ⁊ vmbra rei alicuiꝰ rem ipam non ſinunt videri ꝯm veritatē licet res ipſa videtur oculis corporalibꝫ. ꝛ q̄d eſt mirabilius frutex aliquis vel nemꝰ. Videt̄ exercitus. hec illuſio manifeſta ē in noſtra concupiſcibili. que tanta auiditate amplectit̄ tanto deſiderio inſeq̄tur veſtigia diuine bonitatis in tempoꝛalibꝫ tanto amare eis adheret taz miſerabiliter in eis capit̄ tam inſeparabiliter detinet̄. vt p̄mitiue ac redundantiſſime bonitatis penitus oblita eā oīno nō curet videlicet ꝙ iſta ſint veſtigia eius: ꝛ ꝙ ad eā tranſmittant ⁊ inuitent oīno non videat. Eodem mō ſe habet ꝛ in virtute rationabili noſtra. que ſcintillulas p̄me ac luminoſiſſime veritatis pro illa amat atq; amplectit̄ que imperfectio ſi eidez illuceſceret ab alijs auerſa illi ſoli adherent. ꝛ q̄d iam lumen eſſe opinat̄ tenebras eſſe cognoſceret. ſic ꝛ vis noſtra cōcupiſcibilis: preguſtata ſiue etiā preoderata primatiua bonitate. extrema eiuſdem veſtigia que diximus faſtidierit. omnēq; carnalez voluptatē. illuſionem ſoꝛdidā ꝛ ſomnum vaniſſimū. ꝛ nullatenꝰ veram veritatem eſſe videret. ſic ꝛ vis noſtra iraſcibilis ſtatim vbi ſe aperit diuine nobilitatis ſublimitas. ꝙ ei ſoli vltime honoꝛificentie cultu ſeruiendū ſit agnoſcit: ꝛ ydolatriā non ſolū deteſtandam ꝛ creatoꝛis iniuriam ac contumeliam: ſed etiam inſaniſſimam ac turpiſſimaz foꝛnicationem ſuam apertiſſime videt. ꝛ ꝓpter hoc inde exiliens toto erroꝛe a ſe abijcit. Summa vero huiuſmodi ratiocinationis eſt. ꝙ ſicut vis noſtra rationabilis non pt̄ eſſe abſq; credulitate ⁊ opinione: ⁊ quin eas impendat: vel cui debet vel cui non debet. Et ſicut vis noſtra concupiſcibilis non pt̄ eſſe abſq; deſiderio ⁊ delectatione ⁊ alijs ſuis paſſionibꝫ quin per eas adhereat ꝛ commiſceat̄ vel quibꝫ debet vel quibꝫ non debet. Sic virtus noſtra iraſcibilis non pt̄ eſſe abſq; honoꝛificentia ⁊ cultu diuino: non pt̄ inq̄m eſſe vniuerſaliter quin illū impendat. vel cui debet vel cui non debet: ⁊ ꝓpter hoc cum preualuerit obtenebratio ꝛ coꝛruptio naturaliter in ipſis: ⁊ defuerit diuina gratia ad illuminādum ⁊ dirigendum eas incidunt in eas foꝛnicationes quas diximꝰ Preter iudicia vero tria que poſuimus. ad oſtendendū ꝙ ydolatria naturalis eſt hoc ē de innata nobis coꝛruptione prouenienſ. licz bonis inſtitutione eiuſdez inimiciſſima ē: vt querūt idē iudiciū in pueris ⁊ puulis. q̄ in ipſa puericia ſua ⁊ puulitate cultū dīnū effigiāt ꝓut pn̄t ꝛ capiūt. Altaria ſūt faciētes

& orantes·qui tñ nullo precepto faciunt: ⁊ cum generaliter
hoc inueniat̃ in paruulis · iudicat̃ ex hoc naturaliter iudiciũ
nobis eſſe ad amorem diuini cultus · veruntñ ſicut rectitudo
illi⁹· & opus eſt ⁊ donum creatoris·Ita peruerſitas eius·⁊ ab
uſio que in ydolatriã intorquet̃ innate nobis eſt obtenebrati/
onis ⁊ corruptionis affectus· E Poſt hoc aũt proſequa=
mur deſtructionez ipſi⁹ incipientes a capite ·hoc eſt a capitali
⁊ principali eiuſdẽ parte de decẽ part̃ibꝯ ipſius quas in prece
dentibꝯ enumerauimus· Hec igit̃ eſt ydolatria demonũ qua
demonibꝯ per ſe·hoc eſt aperte & immediate ſeruit̃·quacunqꝫ
ex·vij·partibꝯ in quas diuinũ cultum diſtinximus·hinc autẽ
error iſte cãm dedit ·quo credebant decepti homines demones
habere poteſtatẽ non ſolum in homines & res humanas ſed
etiã in elementa·In hunc aũt errorem inducti ſunt·quia & ſa/
nare leſiones corporũ dum ab eis ceſſabant:⁊ ſedare turbati=
ones rerum humanarũ hoc eſt lites & bella ſedare·etiã tempe
ſtationes mariũ ⁊ fluminũ viſi ſunt·que ꝗdem mala non re=
bellando vel auertendo.nec pacificando· ſed potius non irro=
gando ⁊ non concitando ſanare ſunt crediti· Interdum enim
iuſto ⁊ occulto ⁊ manifeſto dei iudicio prenoĩata multa ma=
la irrogare ⁊ concitare permittunt̃· Interdũ aũt & prohibent̃
nihil oĩno poteſtatis habentis in his·niſi quantũ diuine volũ
tatis beneplacitũ ·aut dederit aut permiſerit :& in huiuſmodi
declaratione non oportet nos hic aliquatenus laborare ·cũ in
prima parte theoloice phĩe ·euidenter declaratũ ſit omnẽ vir/
tutẽ ⁊ omnẽ poteſtatẽ ex prima & vniuerſali potentia eſſe·eiuſ/
demqꝫ pleniſſimo iure ac ſeruitute eſſe ad reſtringendum·ad
limitandum·auferendum ⁊ tranſferendum & ſuſpendendum
⁊ relaxandum·⁊ de virtutibus naturalibus exemplum mani
feſtum eſt in virtute ignis· que ſuſpenſa fuit a combuſtione
rubi·ſicut legitur·Exodi·iij·ſimiliter ⁊ in virtute aque·que ſu
ſpenſa fuit·a fluxu ⁊ ſubmerſione in diuiſione maris rubri·ſi
cut legitur eiuſdez xiiij·Similiter ſuſpenſa fuit virtus motiua
lune ad vocem Ioſue ſicut legitur Ioſue ·x· quanto magis gº
potentie rationabilium ſubſtantiarũ intelligentiũ neceſſe ha
bent parere beneplacitis imprioſiſſime vocis dei·& hoc vel vo
luntarie ſi bone ſunt huiuſmodi ſubſtantie :vel etiam inuite ſi
male·quia ergo ſcire interdum permittunt̃ limites ⁊ reſtrictio
nes earum poteſtatum demones·ſimiliter relaxationes ⁊ am=
pliationes·quid mirũ ſi potuerunt predicere hominibꝯ·⁊ ma/
la que irrogaturi erant ⁊ malorũ huiuſmodi ceſſationes .vt
ſic ⁊ poſſe nocere videant̃·& prodeſſe poſſe tacentes·omninoqꝫ
dei iudicio ⁊ volũtate:⁊ mala irrogare permittebant̃:⁊ ab illis

deſiſtere compellabant̃ · ſi enĩ iſta reuelarent om̃io apparerent
non eſſe timendi · cum creatoris imperio adeo ligata teneatur
eorũ poteſtas: vt nõ quotiens nec quanta vellent mala homi/
nibꝰ inferent · ſed quotiens ⁊ quanta fuerit omnipotentiſſima
creatoris voluntas · que ⁊ ab infeſtatione hoĩm eoſdem compe
ſcit · licet ⁊ adorandũ eos relaxat prout & glorie ſue & ſaluti
hoĩm videt expedire · iuſticiamq́ʒ ſuã decere. Hac igit̃ de cauſa
& hoc errore ſuadente · ſeruitus ydolatrie. Primũ demonibus
exhibita eſt · prouexit · ⁊ adauxit hanc peſtem diuinatio demo
num. que futura quedam & alia occulta predicere videbant̃
per hanc enim diuinitatẽ veram habere credebant̃ · vñ & diui=
natio quaſi diuinitatis ymitatio dicta eſt · ſolius enim diuine
intelligentie ac ſapiẽtie eſt occulta noſſe & reuelare · Tercia cã
fuit mirificentia quorundã operum · que reuera opera natura
lia ſunt · veruntamen quia procuratione demonũ in naturas
ipſas vel coniungentiũ vel commiſcentiũ · vel aliter ad operã/
dum expedientiũ facta ſunt · opera demonum credebantur ab
ignorantibꝰ · hoc eſt de operibꝰ huiuſmodi eſt magica natura
lis · quã nigromantiam ſm̃ phiſicam phi vocant · licet multũ
impprie: & eſt totius ſcientie naturalis pars vndecima · Hec
igit̃ mirifica · homines ignari ſcientie iſtius que natura opera=
batur virtutibꝰ ſibi a creatori inditis · credebant demones ope
rari · Et pꝑter hoc non ſolũ potentiam magnã ⁊ mirificam eiſ/
dem attribuerũt · ſed etiã omnipotentiã: & hoc in duplicẽ in
iuriam creatoris · Primum quia virtutem que talia operabat̃
ab ipſo creatore remouebant; & etiam ab ipſa natura · cum tñ
& ipſius creatoris eſſet vt auctoris & dominantis: & ipſius na/
ture vt pꝓprij ſubiecti ⁊ beneplacito creatoris abſq́ʒ vlla rebel
lione ⁊ conditione ſeruitutis F De huiuſmodi aũt operi
bus · eſt ſubita generatio ranarũ ⁊ pediculorum & vermium
aliorumq́ʒ animalium quorũdam · in quibus omnibꝰ ſola na=
tura operatur · verum adhibitis adiutorijs · que ipſa ſemina na
ture confortant & acuunt adeo vt opus generationis tantum
accelerent: vt ab eis qui hoc neſciunt non opus nature videat̃
quia tardius talia conſueuit efficere · vel potius vt ijs nature
cuilibet imperantis . que de cã vbi etiam maxime viget ⁊ fuit
xp̃iana religio · ſiquis talia & taliter operaretur malus ⁊ male
ficus habetur: ⁊ non virtute nature alicuiꝰ · ſed magis adiuto/
rio · & potentia demonum huiuſmodi opera facere putaretur ·
qui aũt in his docti ſunt talia non mirantur · ſed ſolum creato
rem in eis glorificant · ſcientes ꝙ ſola omnipotentiſſima volũ/
tate ipſius natura operatur · & iuxta conſuetudinem notam
hominibus: ⁊ preter conſuetudinem non ſolum nouis mõis

ſed etiam res nouas. Non enim dubitandum eſt in nouis fe=
minum commixtionibus & ipſorū adiutorijs noua animalia
& nec dum viſa gignificari·aperte docetur ī libro nezemuth
de quo ſuperius fecimus mentionem. G Scito autem q̄a
omne genus peccati ydolatriā prouexit: ſicut euidenter apparȝ
de curioſitate·que eſt libido faciendi futura: et adeo corda oc
culta quorundā hominum inflāmauit·vt huiuſmodi ſciētiam
execrabili animarum ſuarum commercio a demonibꝫ merca/
rentur·ꝓpter qđ & ipe nature humane inimiciſſimi demones
ſacrilega opera excogitauerunt· eiſqꝫ ſe placari & iudici poſſe
ab hominibus ſuggeſſerūt·impetrariqꝫ poſſe ab ipſis ſcientiā
futurorum et aliorum occultorum· H Inde proceſſerunt
nephandiſſima illa opera·que etiā vulgo nominatiſſima ſunt
videlicet ī ſpeculo·ſpeculi inſpectio· ſpate inſpectio·vnguis· vt
videlicet furta ⁊ alia occulta inuenirentur·in quibus omnibꝫ
dyabolicorum ſacrificiorum impietas· partim latet et partim
omnibus manifeſta eſt:ſi perfecta ſcripta inuenirētur.Ex hac
eadem peſte curioſitatis proceſſit liber maledictꝰ et execrabilꝰ
qui dicitur ſactracus· ſimiliter et ſpeclm quod dicitur ſpeclum
ab hominibus·in quibus preterita·preſentia· et futura videri
ipſi auctores eorum demones promiſerunt.Sunt et alie huiuſ
modi peſtes imminere·per quas curioſitatis vitium ſtragem
animarum ineſtimabilem fecit·iuxta hūc modum et luxuria
ſiue amor mulierum ydolatrie non paruam nec leuem occaſi
onem dedit:nec etiaȝ facile eſt enumerare ea ſola que de his le=
gimus vel in confeſſione poſt ſuſceptum ſacerdotiū audimus
Iuxta hunc modum·ira et odium·cupiditas ⁊ ambitio innu
merabilibus vicijs·maleficijs cauſam dederunt· quorū nulluȝ
abſqꝫ impietate ydolatrie exerceri poteſt·

❡Ad deſtructionē ydolatrie plura in particulari·

❡Pars nona· Ca· ·I·

Nam ergo declarauimus tibi radicem intimam
ydolatrie· et cauſas om̄s que cauſe eſſendi ſunt
eideȝ:ſiue prouectionis atqꝫ dilatationis. A
Poſt hec ergo dicemꝰ impietatē ipſiꝰ atqꝫ veſa=
niam; et hec dictio erit deſtructio ipſius plane ⁊
euidens:⁊ nullum habens penitus nubilū dubitationis. Verꝫ
quia Areſtotiles malos angelos eſſe ibidem voluit· deceptus
ab ipſo familiori demone ſuo·quem de oculo veneris deſcen=
diſſe opinabatꝰ: quia hoc ex ſomno ruſtici cuiuſdam accepat·
⁊ in hoc eodeȝ errore multi ex phis fuerūt·arbitrātes hꝰmodi

ſubſtantias rectores orbis terrarũ deos·ſicut legitur Sapientie xiij. Deſtruemus in primis ydolatriã etiã ꝯm errorẽ hꝰmodi Dicemus igit̃·etiam ſi boni eſſent vt ipſi ponunt: ⁊ oĩs eſſent calodemones vel cacodemones vt grece dicit̃: tñ nõ eſſet eis in pendendus niſi honor eiſdem competens·nullatenꝰ aũt honor ſoli omnipotenti altiſſimoq; deo debitus·hꝰmodi enim honor ius eſt creatoris: quare ſine iniuria ipſius alij dari non poteſt. Amplius: aut eſt de voluntate eorũ ꝙ hꝰmodi honor eis impẽditur·aut non: ꝙ ſi eſt de volũtate eoꝝ·placet ergo eis iniuria creatoris·ex quo manifeſta eſt infidelitas eorũ parit̃ et iniq̃tas Infidelitas q̃dem: q̃a ipm deum ⁊ creatorẽ ſuũ debito honore defraudãt ⁊ illũ ſibi applicãt. Iniq̃tas in hoc·ꝙ ſibi ius alienũ vſurpant. Si vero non de voluntate eorũ eſt: nec indifferenter poſſunt ſe habere ſi boni ſunt ad tantã creatoris iniuriã· cõtra voluntatẽ ergo eorum eſt ꝙ huiuſmodi eis honor impenditur quare offendunt̃ potius hꝰmodi honoribꝰ q̃ꝫ placent̃. Qui igit̃ huiuſmodi honores eis exhibẽt infeſtos eos ex hᵒ ſibi reddũt potius q̃ꝫ placatos. Amplius: ſi puer coquinarius vel ſeruus alius videret vxorẽ domini ſui et filios·volentes ſibi adhibere honorem ſibi dño ſuo in domo illa debitũ: ſi fidelis vel bonus eſſet·nunq̃ꝫ hoc ſuſtinẽt· nunq̃d non tota iracundia et horrore a ſe huiuſmodi honorẽ abiceret: ſi aũt talia ſuſtineret ſibi fieri nunquid non fur aut proditor domini ſui eſſ;. In compabilit̃ aũt maioris fidei debitores ſunt cacodemones oĩs dño ſeclo̾ꝝ ac deo altiſſimo·q̃ꝫ poſſit eſſe ſeruus quicunq; domĩo ſuo hic· quare ſi talia vel volunt vel etiã ſuſtinent ſibi fieri·fures intolerabiles ſunt ac nequiſſimi dei proditores: ⁊ ideo non ſolũ nõ honorãdi: ſed et totis ſtudijs ac viribꝰ extminandi ⁊ de medio tollendi. Quemadmodũ puer coquinariꝰ aut ſeruus de quo mentionẽ fecimꝰ: ſi talia ſibi in domo dñi ſui vſurparet· nũq̃d non alij ſerui boni ⁊ fideles totaq; bona eiuſdem dñi familia in illũ inſurgẽ deberet et de domo eijcẽ. Amplꝰ: ſi ꝓ modico furto vel rapina exiliũ vel exterminiũ· etiã ſuſpendiũ meret̃ quis etiã cũ illum cõmittit cõtra extraneũ vel parẽ·quãta ſupplicia multo fortius merent̃ ꝓ furto vel rapina diuini honoris atq; ſeruicij hꝰmodi: ne dicã cacodemones ſed etiã execrabiles. Amplius: q̃d eſt ydolatria·ſc; hec niſi duplex furtũ vel ſacrilegiũ Alteꝝ vero qᵒ ydolatria ſeruiciũ deo ſoli debitũ ſurripit·alterũ vero quo illi cui impendit̃ illud rapit. Amplius: q̃s vir bonus ſi nec rex eſſet nec dux·vellet honorari ꝓ rege vel duce· nunq̃d non magis irrideri ſe putaret ſi honorem regium aut ducalẽ ſibi exhiberi videret· cũ ergo boni illi dij in cõparabilit̃ magꝰ

inferiores ſe videant deo altiſſimo·dominoq; ſeculorum omniū qm̄ iſte vir duce vel etiam rege·quantomagis irrideri ſe reputabūt· ⁊ in contumeliā ſuā intollerabilem referent honorē ſoli creatori debitū ſibi exhiberi. Amplius:quanto maiorē honorē indebitum impendi ſibi vult aliquis·tāto maior eſt ei⁹ ſupbia ſeu inanis gloria· verbi gratia·ſi ſimplex clericus ſacerdotalez honorē ſibi exhiberi velit·erit hic aliquante vanitatis atz ſupbie : ſi vero duplo maiorem erit duplo maioris vanitatis atq; ſuperbie:et ita generaliter· quāto longius eſt is ab eo ſtatu vl' meritis cui⁹ vel quorū honorē appetit·tanto maior eſt vanitas eius atq; ſuperbia.Quia ergo dij huiuſmodi infinitum longe ſunt ab altitudine ⁊ ſupereminentia creatoris:et appetant ſibi impendi honorez ſoli creatori debitum· infinite ſunt neceſſario vanitatis atq; ſuperbie:quare infinite malicie· et ideo infinitū in honorandi et in pugnādi:vtpote dei hoſtes atrociſſimi ⁊ iniurioſſimi· B Qp ſi dixerit q̄s:q̄a non honorē ſoli creatori debitum ſibi impendi volunt boni dij:ſed honorem ſibi debitū et q̄a his competit ſimiliter ⁊ ſeruitia ſibi fieri que merito eis dentur.Querim⁹ ergo:vtrum fauorem ſuū et gratiam· aliaq; beneficia ſua gratis impartiri debeant hominibꝫ·aut non·qp ſi ſuaipſa bonitate et gratia nolūt beneficia ſua impertiri hominibus·hoc eſt niſi illecti muneribꝫ et oblationibꝫ·apparet manifeſte nullaz eſſe bonitatē eorum. Si enim in hominibꝫ huiuſmodi diſpoſitio bonitas reputanda non eſt·multo fortius nec in dijs·venalis enim beneficentia:non beneficentia veri nomīs ſed negociacio veriſſima eſt.Inter negociantes aūt·in eo qp negociantes nullū locū habet gratia. Qp ſi dixerit quis:quia in hoc locum habet gratia et beneficentia aput deos:q̄a a cultoribus ſuis parua recipiunt ⁊ magna eis tribuunt.Querimus iterum:an indigeant muneribꝫ noſtris an non indigeant·qp ſi indigēt miſerimi ſunt omniū:et maxime inopes· qui ſanguinē talparum et veſpertilionū atq; lacertarū indigent:et feliciores eis ſunt milui atq; bubones·q̄ gratis·hoc ē abſq; mercimonio h⁹modi animalia vbiq; recipiūt· Feliciores etiā·atz potētiores lupi atz leones: q̄ ꝓ deſiderijs ſuis aīalia quorū carnes eſuriūt vel ſanguinē ſitiunt vt ſua vbiq; capiūt.Si vero non indigent h⁹modi muneribꝫ· apparet ex hoc nulla eſſe bonitas eorū vel bn̄ficentia·quoꝫ munera quibꝫ nullatenus indigēt ꝓ bn̄ficijs ſuis exigunt. Si enim deteſtanda eſt venalitas in hominibus vt nec liceat eis pro beneficijs exigere munera quibus non indigent· quanto fortius non licebit dijs exigere munera quibꝫ non indigent· pro indigentia ſiquidem ſua poteſt vnuſquiſq; petere ab eo qui abundat:vt ei tribuat aliquid non ꝓ bn̄ficio

alioquin vendit beneficium et deturpat illud in mercimoniū ſed magis rationationis hoc eſt· q̄ veri nominis bonitas pro beneficio quod eſt ex illa·non patitur vnquam aliquid exigi & maxime quando eo· hoc eſt munere vel retributione nō in= digetur: quare ſi vere boni dij ſunt· impoſibile eſt q̄ retribu= tionem a cultoribus ſuis·vel exigant vel intendant·vel q̄ eam etiam patiantur. Vir enim bonus et erubeſcit & horret hanc maculam poni in gloria ſua:nec vllo modo ſuſtinet·vt q̄ gr̄tis ex bonitate debet effluere retributionem extrahat inde·vel ex= torqueant: alioquin non de pleno bonitatis opus effluit;ſʒ de fatuo ⁊ arido tetroqʒ cupiditatis.Amplius:aut de ſuo p̄ſtant dei beneficia cultoribus ſuis : aut interpellantes aput creatorē ea p̄ſtari impetrant· C Q̄ ſi dixerit quis:quia de ſuo hoc eſt virtute propria·ſalutem ⁊ vitam preſtant mortalibus·ſimi liter libros et diuitias & honores· manifeſtum eſt hoc eſſe im= poſibile.Primum quia omnis virtus eorum et potentia·dei al tiſſimi ſunt.Pro quo nil plus poſſunt niſi q̄ iubet aut ſinit al/ tiſſim⁹.ita alienauit et longe fecit a ſeipſos·vt eos in poteſtate ſua non retinuerit:nec ipſos a datione ſua exiuit nec non ei= dem omnimoda ſeruitute ſubiecti ſunt:quare virtutib⁹ & po/ tentijs quas eidem tribuit non poſſunt vti niſi quantum ipſe vult aut ſinit.Hec autem in potentia parte huiuſmodi philo ſophie declinata eſt euidenter:quare id ſolūʒ poſſunt qd̄ vult eos poſſe·et id ſolum agunt quod et vult vel ſinit eos agere :ſi ergo preſtant beneficia ex diuitijs· eſt hoc ex abundantia bo= nitatis creatoris inundantis et influentis·primum in ipſas·de inde per ipſos in alia: quare gratiarumactio ⁊ collaudatio de omnibus beneficijs in primis et maxime ab ipſo petēda ſunt et ſperanda. Amplius eo ſolo volente et inuitis ac contradicē tibus dijs huiuſmodi·obtinentur quecunqʒ beneficia·eo autē ſolum nolente· quicquid agant dij quantumcunqʒ conentur ad preſtandum· impoſibile eſt vt aliquod eorum obtineatur. Preſtatio ergo omnium beneficiorum per ſe eſt diuine volun tatis a diffinitione eius quod eſt per ſe.quoniā ea poſita ponit̄ et remota remouetur : quare ſi propter beneficia· cultus ſiue ſeruicium cuiquam debetur deo per ſe debetur:et propter hoc ex neceſſitate ei ſoli·quod enim per ſe debetur alicui:et ſoli de/ betur in iſta ratione ei⁹ quod eſt per ſe. Amplius:ſi beneficia preſtant dij non gratis:ſed intuitu diuine remunerationis·ſa/ crificiorum et oblationum·iam nō vt dij:neqʒ vt boni homīes preſtant illa:ſed vt viliſſimi homines·omnium enim hominuʒ viliſſimi ſunt qui venales ſunt· D Q̄ ſi dixerit:quia non eo intuitu ſed magis gratis:⁊ ideo magis colendi ſunt q̄a gr̄tis

beneficia preſtant mortalibus. Ideo magis colendi ſunt·magꝰ
honorandi·magis amãdi·hoc vtiqꝫ magis vbi gratis eſſet·hoc
poſito: ſed nõ ideo creatori gloria ſua auferẽda eſt: nec munera
illis vſurpanda. Amplꝰ: ſi de ſuo preſtant beneficia mortalibꝰ
querimus qualiter intelligat de ſuo: nihil enim ſuum habent
quod non ab vniuerſali largitore bonorum acceperunt: quare
de dei donis ⁊ acceptis a deo·preſtãt huiuſmodi beneficia·ad/
dimus autẽ: quia ad hoc acceptis vt inde largi eſſent quantũ
poſſent et decet. Non enim in auariciam: nec in ex cõmunicati/
onem proprietatis ditauit eos creator bonis donis ſuis·quare
de hac conditiõe ea receperũt: vt inde ipſi diuites & beati eſſent
in primis. Deinde illa quibus decẽt communicarent· hec autẽ
eſt ratio nuncij et deferentis beneficium· quare in preſtatione
beneficiorum·nõ dij: niſi nuncij vniuerſalis largitoris bonorũ
deferentes beneficia ipſius quibꝰ ea mittere voluerit largitatiſ
ſue dignatio. Manifeſtũ autem eſt tibi & vnicuiqꝫ intelligẽti
intelligibilia· quid nuncijs & dona deferẽtibus faciendum ſit·
et an propter huiuſmodi officiũ deificandi ſint vel dij habẽdi
Apparet autem inſania ⁊ impietas ſimul ydolatrie ex hº. Am/
plius: potentia et virtutes eorum: aut ſunt irrationabiles aut
per electiõem operantes· ꝙ ſi fuerint irrationabiles hoc eſt nõ
libere ſed per neceſſitatem operãtes· qualis eſt virtus ignis ad
calefaciendum·cui non eſt liberum non calefacere cum obui/
auerit ei materia calefacibilis imo neceſſarium: nõ eniꝫ poteſt
non calefacere tunc nec habet in poteſtate continere virtutem
ſuam. Tunc nulla gratia habendi eſt dijs ex preſtatione bene
ficiorum· ſicut nec igni ex calefactione: non enim ex gratuita
voluntate aut ex libera intentione talia operantur·ſed per mo
dum vt ait philoſophus ſeruientis qui nõ habet in poteſtate
aliud facere vel contradicere ·quare colendi non ſunt vllomõ
propter beneficia. Si vero fuerint rationabiles ⁊ libere·neceſſe
eſt vt tanto maioris gratie. maioriſqꝫ libertatis ſint · quanto
fonti gratiarum viciniores ſunt: ſi tamen boni dij ſunt. Quare
tanto minus intendentes retributionem· longiuſqꝫ ab oĩ ve
nalitate·quare ex neceſſitate·non ſolum autem non amãt huiꝰ
modi munera ſacrificiorum oblationum·⁊ maiorum atqꝫ ſub
limiũ·et magnus decor iuſticie eſt in hoc·⁊ hoc eſt qđ placet
eis in tota cultura ſua. Reſpondemus quia dignum et iuſtuꝫ
eſt·& decens atqꝫ decorum: vt honorentur boni dij·verumtamẽ
non honore quo ipſi ex neceſſitate offendũtur ſi boni ſunt·hoc
eſt·non honore de alieno·et ſacrificio de rapina: ⁊ qui quia eis
impendi non poteſt niſi cum inhonoratiõe et iniuria creatoris
De alieno vero eos honorat et de rapina · q̊ de toto cultu ſoli

deo altiſſimo debito: eiuſqꝫ ſolius proprio eis aliquid offert· honorādi aūt ſunt vt alti ⁊ ſublimes: non aūt vt deꝰ altiſſimꝰ & ipſi ſi boni ſunt ſepe diximus longe amplius offenduntur inhonoratione ⁊ iniuria creatoris q̄ſi viri ſancti·quanto enim meliores atqꝫ ſanctiores:tanto ⁊ iuſtiores·q̄re oīs iniuſticie & iniq̄tatis magis inimicicia·⁊ ideo huiuſmodi iniuſticie ⁊ iniquitatis:quo deo altiſſimo cultus ſuus & honor auferē maxīe inimici ſunt·& ꝓpter hoc maxīe eam perſecunē: quare ipſi dij ydolatrie magis inimici ſunt· ⁊ ideo conſequuntur ydolatriā. Amplius: in preſtandis beneficijs · aut conſulunt: & curant diuinā voluntatē aut non·ꝙ ſi ꝯſulunt eam ⁊ curāt: nō aliter p̄ſtantes eaꝫ niſi ſicut videāt eſſe beneplacitū diuine volūtatis Diſpenſatores ergo ſe gerunt beneficiorum·non auctores aut largitores·qui enim aliena voluntate tm̄ ⁊ nutu adminiſtrat: diſpenſator eſt non dn̄s:⁊ in hoc diſpenſatorē ſe gerit nō dn̄m. In preſtatione aūt beneficiorū non habendi ſunt dn̄i·quare a multo fortius nec dij·qui enim non eſt habendus dn̄s: multo fortiꝰ neqꝫ deus habendus erit. Ꝙ ſi dij altiſſimi voluntatē in his nec ꝯſulunt nec curant·magis ergo ſunt ſtulti & prodigi diſpenſatores bonorū huiuſmodi q̄ꝫ ⁊ liberales largitores.Amplius:cum rectitudo diuine voluntatis regula ſit oīm bonorū operꝫ· ⁊ ipſi non ꝯſulunt vel curant regulā hanc: non curant ergo de rectitudine operꝫ ſuorū·quare nō eſt eis cure: an recte an minus recte agant·ergo non ſolū ſtulti ſunt ſed inſani ſūt: qui non curant qualiter agant. E Ꝙ ſi dixerit quis·q̄a placandi ſunt dij·quia interdū iraſcunē mortalibꝫ.Querimus ab eis· propter quid iraſcanē mortalibꝫ: ſi enim alia de cauſa iraſcunē q̄ ꝓpter peccata ipſorū iniuſte iraſcunē illis.Iniuſta ē enim ira ſi non eſt cōtra peccatū aut ꝓprium aut alienū·ſi enī non ꝓpter peccata eorū iraſcunē mortalibꝫ · Manifeſtū eſt q̄a iniuſte iraſcunē eiſdem·⁊ ideo iniuſti ipſi ex neceſſitate ſunt & peccatores:q̄re non ſolū dij habendi non ſunt ſ; potiꝰ dyaboli mali. Ꝙ ſi ꝓpter peccata eorū ſolum iraſcunē mortalibꝫ:tunc maxīe placanē mortalibꝫ cum a peccatis receſſerint· ꝯtrariorū enim ꝯtrarias cauſas eſſe neceſſe eſt· ꝙ ſi iuſtificatio mortaliū elongatioqꝫ a peccatis nō placat eos: ſed exardeſcit ira eorum donec offerenē eis carnes ⁊ ſanguis animalium.Manifeſtum eſt·q̄a ira huiuſmodi non eſt ira deorū:ſed potius ira ſerpentū ſiue leonum aut aliaruꝫ beſtiarum rugientiuꝫ donec aliquid p̄de ceperint· & huiuſmodi ſubſtātie non dij ſunt ſed dyaboli: naturali malicia infeſti hominibus vt ſerpētes aut alie beſtie quod ſenſiſſe expreſſe videtur perfidus Machometus:qui dicit deum creaſſe angelos de luce · dyabulos vero de flamma

Qđ ſi propter rabiem ꝛ ſeuiciam timendi ſunt tantum vt ſer=
pentes atq; leones·nullū enim animal eſt adeo rabidū ꝛ ſeuū:
quod eſcarum oblatione placari non poſſit atq; miteſcere. Si
vero dixerit quis· quia boni dij interpellationib9 ſuis ꝛ patro/
cinijs nos adiuuant· impetrantes nobis apud deum altiſſimū
duplicia beneficia·honorandi igit̄ ſunt vt patroni ꝛ aduocati
quare non vt iudices aut domini:ꝛ ideo nec vt dij. Manifeſtū
igitur eſt·quia nec ſacra:nec ſacrificia conſtituenda ſunt eis·
nec alij honores:quos ſola requirit ſupereminentiſſima diuini
tatis ſublimitas. Qđ ſi quis dixerit·quia non eſt occidere bouē
aut arietem aut aliud animal in honore ſeu pro honore cuiuſ
cunq; deorum · quia etiam amico honorando multa animalia
licite occiduntur. Preterea ſi regibus ꝛ principibus qui vtiq;
homines ſunt· ꝛ etiam cuiuſcunq; generis hominibus dentur
animalia ꝛ parua ꝛ magna·& hec ad honorandum eos et ſer
uiendum ipſis:cur non ꝛ dijs liceat talia fieri·cum magis ho=
norandi ſint q̄; homines:ꝛ magis eis ſeruiēdum q̄; hominib9·
vtpote ſublimioribus atq; preſtantioribus . Reſpondemus:q̄a
& ſi dari poſſunt animalia licite hominibus & occidi pro ho/
minibus· non tamen ſacrificari poſſunt vel debent hominib9.
F Sacrificium enim eſt munus:quod offerendum ſacrum
fit ꝛ ſacrum efficit offerentem quantum in eo eſt·& etiam illū
pro quo offertur: ꝛ hoc eſt proprie ſacrificari ipſum· ſcilicet
munus offerendo· ſacrum facere: & tam offerentem q̄ eum ꝓ
quo offertur ſanctificare·quapropter ſacrificans eo ipſo q̄ ſa
crificat·virtutem ſanctificatiuam ac emendatiuam a peccatis:
attribuit ei cui ſacrificat·hec autem virtus nō eſt niſi altiſſimi
dei . Attribuit etiam eidem tantam virtutem ſanctificatiuam:
vt eo ipſum munus ſanctum ſeu ſacrificium ſit· quod eidem
offertur:qui ergo alij q̄; deo altiſſimo ſacrificat:iam facto ipō
illud quicquid ipſum ſit ſanctificatorem:ꝛ offerentis ꝛ mune
ris ꝛ eius etiam pro quo offertur eſſe confitetur:ꝛ propter h°
conſequenter omnipotentem creatorem:ac deum altiſſimum.
Manifeſtum igitur eſt tibi·quanta iniuria : quantaq; contu/
melia creatoris ſit·incōmunicabilem ac ſingularem eius glori
am eidem offerre ꝛ in aliud quodcunq; transferre. Eodē mō
in alijs intentionibus ſacrificiorum quas ſupra memoramus
ſe habet. Hec aūt impietas vt amplius eluceſcat ꝛ manifeſtior
tibi fiet·nominabimus ꝛ numerabimus tibi intentiones ſacri
ficiorum ꝛ vires. G Qui ergo ſacrificat animal:idem eſt
ac ſi diceret·ꝛ reuera opere illo ſacrificij hoc dicit:te cui offero
vel ſacrifico:auctorem ſanctitatis confiteor ꝛ ad ſanctificandū
inuoco·ſanctificandū aūt illū ꝓ q̄ hui9 ſacrificiū tibi offero.

Secundo ſicut animal iſtud in manibus meis eſt· ita vt ipſuꝫ occidam ſi voluero:vel parcam eidem ſi mihi placuerit· ita in manibus tuis ſumus:vt nos occidas ꝑ iuſticiã ꝓpter peccata nr̃a ſi volueris: vel parcas nobis ꝑ miſericordiã tuã ſi placitũ tibi fuerit. Tercio:ſicut in poteſtate mea ẽ anĩal iſtud ad occidendum vel ſaluandũ · ita in poteſtate tua ſumꝰ ad perdendũ ſiue ſaluandũ. Quarto ſicut moritur iſtud anĩal·ita moriat̃ in me per iſtud ſacrificiũ omne peccatũ. De holocaſtis vero ita dr̃ ipſo opere holocauſti: ſicut conſumit̃ igne iſto preſenti hoͦ anĩal·ita vt nihil ex eo remaneat: ita conſummat̃ in me omne peccatũ. Eodem modo ſicut effundit̃ ſanguis illius anĩalis de corpore ipſius· ita effluat & effundat̃ omne peccatũ de corpore meo. Quinto·ſicut iſtud anĩal oblatione mea tuũ efficit̃·ita vt de cetero tibi viuat & tibi moriat̃·ita ⁊ ego. Sexto:ſicut de hac menſa ſiue altari carnalẽ refectionẽ recipio:ita ⁊ ſpiritualem. Septĩo ꝑ hãc imolationũ cõmunionẽ: ꝑ hoc ꝙ ad mẽſaꝫ iſtã admittor cũ alijſ cultoribꝰ tuis:de familia ⁊ cultoribꝰ tuis me eſſe ꝓfiteor. Manifeſtũ aũt ẽ tibi: ꝗa nihil horꝫ dicendũ eſt·niſi oĩpotenti ac miſericordiſſimo deo·alij enĩ facto ſacrificio:ſeptẽpliciẗ in ipm blaſphemat̃·⁊ hoc ẽ:vel qa q̃ſi ſeptẽ glorie ipſiꝰ ſingulariẗ ⁊ ſolicitarie in aliud transferunt̃· vel vna eiꝰ gloria ſingularis huiuſmodi facto alij attribuit̃. Ampliꝰ: & placato deo deorũ mortalibus:placati ſunt eiſdem iſti dij ex neceſſitate aut non·ſi ſic:ergo nõ hñt mortales neceſſe placare eos vlteriꝰ q̃re eo placato ⁊ fauẽte mortalibꝰ:ſuperuacuũ eſt ꝓpiciationẽ & fauorem illorum querere ſacrificijs ⁊ muneribꝰ. Si vero eo placato ⁊ fauẽte mortalibꝰ: & infeſti ⁊ ita diſcordantes a diuine beneplacito voluntatis:quare male ⁊ inique. Ampliꝰ·aut deo deorũ placato ⁊ fauente mortalibꝰ:ira huiuſmodi deorum·aut poteſt nocere eiſdem:aut non poteſt·ſi poteſt non eſt ergo deꝰ deorũ oĩpotens:nec deus deorũ vere·cum cohercere non poſſit deos huiuſmodi: ne contra fauorẽ ſuũ ⁊ voluntatem noceant mortalibus · ſi vero eo placato ⁊ fauente mortalibꝰ nocere nõ poſſint·nec timẽda nec curanda ira eorum: eo vſqꝫ vt placatio eorũ q̃renda ſit ſacrificijs vel muneribꝰ: ſuꝑuacue nãqꝫ placato eiꝰ querit̃ qui nocẽ nõ poteſt. Ampliꝰ cum deus oĩpotens deus deorũ ſit·⁊ dij oẽs create eius ex neceſſitate ſubiecte ei ſũt ſubiectiõe pleniſſima. Iam enim declarauimꝰ in pr̃io tractatu ſciẽtie iſtiꝰ: ꝗa non ẽ virtꝰ vel potẽtia adeo firma vel ſolida· q̃ non in nihilũ vaneſcẽt ⁊ in nõ eſſe recideret·niſi oĩpotentis dei altiſſimi virtute ⁊ beneplacito retineret̃ · quare manifeſtũ eſt nullã ſubſtantiã oĩno aliquid poſſe ꝯtra beneplacitũ ipſiꝰ: & q̃re nec ꝓdeſſe nec nocẽ ꝯt̃ beneplacitũ ipſiꝰ: & ꝓpt̃ hoc quibꝰ

fauere beneplacitum ipſius eſt· in tuto eſſe quantū ad omnia
alia: quibus vero ipſe iratus eſt·nihil habere poſſe preſidij ab
alijs. Manifeſtū igitur eſt·nec iram deorum poſſe nocere mor=
talibus ipſo placato ⁊ fauente eiſdem. nec fauorem poſſe pro/
deſſe ipſo irato·declaratum ergo eſt·nec fauorem eorum eſſe q̄/
rendum: nec iram timendam. Amplius·ſi mali ſunt dij: deus
deorum quantum aduerſarius eorum eſt·maliciam eorum re/
primens compeſcet·ſi enim permitteret eos ſeuire iuxta malici
am ſuam in homines aut faceret hoc iudicio: aut non curans·
aut penitus ignorans: cum ignorantia in ipſum cadere impoſſi
bile ſit. Declaratum autem eſt in tractatu de cura ipſius ꝙ im
poſſibile eſt ipſum nō curare res humanas. Relinquitur ergo
ex neceſſitate: vt nunꝙ̄ permittat affligi mortales a dijs huiuſ
modi niſi iudicio·quare non pro voluntate ipſorum·ſed ſicut
limitat eis diuina iuſticia. Non eſt ergo in voluntate ipſorum
vt affligantur mortales vel vt parcatur eis: nec quatenus alte=
rum eorum ſiat· quare in ſolo iudicio vt beneplacito dei om=
nipotentis poſita eſt pax ⁊ turbatio rerum humanarum: ſimi
liter proſperitas ⁊ aduerſitas hominum. Non ſolum ergo ſu/
peruacuum eſt ⁊ inutile deos colere propter quodcunqꝫ iſto/
rum: ſed etiam ſtultiſſimum ⁊ impium. Amplius: cum ex ꝓ=
pria virtute nihil poſſint·ſed ex ea ſola quam a deo acceperūt
poteſtate. ꝙ ex ea vtiqꝫ quantum vult aut ſinit deus altiſſim⁹
non valentes eam nullaten⁹ extendere vltra q̄ eis ipſe limitat
altiſſimus: quare propter omnia mala ⁊ bona que mortalib⁹
vel veniunt vel euenire poſſunt·nihil omnino cultus aut ho/
norificentie impendendum eſt dijs: quantum ad propriam eo/
rum poteſtatem. ꝙ ſi dixerit quis·quia propter hoc cultus
eis impendendus eſt. quia bona ⁊ mala ꝓcurare poſſunt mor
talibus apud altiſſimum: vtpote miniſtri regis ipſi⁹ ⁊ inimici
illius. Reſpondemus: quia mali nihil apud ipſum procurare
poſſunt nec impetrare vtpote inimici ipſi⁹. De bonis vero nūꝙ̄
negatū eſt·vel a nobis vel ab alijs: quin vt miniſtri dei altiſſi=
mi honorandi ſunt. Et ideo propter ipſum cuius amici ⁊ mi=
niſtri ſunt veniunt honorandi honore miniſteriali·non aūt do
minali vt ita loquamur ſeu diuinali: quem ſi exigerent vel pe
terent·non ſolum non boni vel non honorandi: ſed vt velut dei
hoſtes·iniquiſſimiqꝫ glorie ipſius vſurpatores: igne ⁊ gladio ſi
fieri poſſet proſequēdi atqꝫ de medio tollendi eſſent. Quoniā
autem iam alibi declaratum eſt ipſos nihil ampli⁹ poſſe eſſe
in regno dei altiſſimi: quod eſt regnum deo ſeculorū ⁊ vniuer
ſale imperium: dominacioqꝫ completa in vltimo perfectionis·
a quo impoſſibile eſt aliquid exemptū eſſe. eiqꝫ non ſubiectū

ſubiectione vltima. Non inq̄ amplius: q̄ miniſtros vel ſeruos ad hoc vel bonos ⁊ fideleſq; in obſequium ⁊ honorem domini ſui ſe ⁊ ſua totaliter conferūt·vel malos ⁊ perfidos. Manifeſtū eſt ex hoc·nihil honorificentie & cultus qui latera dicit̄ eiſdem eſſe impēdendū. Et quia ſi eis inde quicq̄ impendit̄·non ſolū non prodeſſe ſed etiam obeſſe mortalibus: quia ⁊ ipſimetipſis offenduntur·inde ſi boni ſunt: non ſolum deus altiſſimus· ſed & ipſi offendunt̄ talibus ſacrificijs ſibi oblatis vt dijs· ſi vero mali ſunt quanto magis inde offenditur deus altiſſimus·cum ipſi non ſolum omni honore indigni ſunt·ſed omni ſupplicio & exterminio digniſſimi. Amplius·poteſtatem quam dicunt habere deos iſtos: neceſſe eſt vt dicant vel eſſe datā ipſis a deo deorū·vel eſſe eis a ſe hoc ⁊ non aliunde·ſi a ſe ſequitur ex hoc vt nec ſapientiā a deo habent: nec ipſum eſſe· q̄re ex neceſſitate increati erunt ⁊ eterni. Iam autem errorem illum deſtruximus & declarauimus: quia neceſſe eſt p ſe vnū ſolum numero eſſe inultimate vnitatis. ⁊ infinite ſimplicitatis· & quia non eſt ei coequeuū nec compar aliud : nec vllo modo ei a latere aliq̄d eſt· aut e regione quicq̄ . Si vero fuerit eis hec poteſtas a deo deorū iuxta ſententiā Platōis in libro ſuo quē vocat thymeū in qua opinione etiam multi fuerunt. Neceſſe eſt vt poteſtatē iſtā comitent̄ ſapiētia ⁊ iuſticia· regulantes eam ⁊ moderātes eam: aut non comitant̄ ipſam·q̄ ſi comitant̄ ipſam. Manifeſtū eſt·quia iuſtis ⁊ bonis mortalibꝰ nūq̄ aduerſant̄ vel iraſcant̄: nunq̄ nocent eiſdem. Manifeſtū etiam eſt ſm hoc·quia ſolū iniquis ⁊ peccatoribus aduerſantur ⁊ iraſcuntur·⁊ ꝓpter ſolā iniquitatem ⁊ peccata: quoniam ſapientia ⁊ iuſticia· ſapiētes & iuſtos ob alias cauſas iraſci non ſinūt· ⁊ quia etiā ſapiētia & iuſticia bellū inexorabile ſemꝑ habent ꝯtra vicia ⁊ peccata q̄ nec pace ſopiti nec treuga vnq̄ ſuſpendi poſſunt · ſequitur iſtud ex neceſſitate vt nūq̄ placari valeāt iniq̄s ⁊ peccatoribꝰ q̄ diu iniquitatibus ⁊ peccatis ꝑſtiterint· quare nec muneribꝰ nec ſacrificijs poſſibile eſt vt obtineatur fauor ⁊ gratia ab his hominibus. Inutilis ergo eſt cultus eorum quantū ad ipſos· ſuperuacuus autem quantum ad iuſtos ⁊ bonos. Sapientes enim & iuſti dij non poſſunt non fauere ⁊ gloriam impartiri ſibi ſimilibus: hoc eſt ſapiētibus ⁊ iuſtis hominibus. Neceſſe enim modis omnibꝰ eſt·q̄nto ſapientiores ⁊ iuſtiores ſunt dij: tanto eos ⁊ bonos & oīa bona maiori fauore ⁊ grā amplexari fortiorique eis amicicia ſeu dilectione aſtringi. Non ſolum igit̄ placatos atq; ꝓpicios neceſſe eſt eos eſſe bonis ⁊ iuſtis hoībꝰ: ſed etiā amiciſſimos: amicicia incōparabiliter maiore q̄ hoīes amici poſſunt eſſe hominibꝰ. Quia igitur amicicia vera potius

ꝯferre amico quã ab eo recipere intendit· imo ꝯtra intentionē
& veritateꝫ amicicie eſt· aliquid proprij comodi in ipſa q̄rere.
Manifeſtū eſt deos nec velle nec q̄rere munera vel ſacrificia
iſtius inſaniſſime culture. Cum igitᷣ bonis ⁊ iuſtis hominibꝫ
ad fauorē ⁊ gloriā deorū per ſemetipſum ſufficiat· ſuperuacuū
eſt eis offerre munera vel ſacrificia propter hoc. Amplꝰ: q̄s
hō ſapiens ⁊ iuſtus vellet ſibi offerri quecūqꝫ munera ꝓpter
hoc vt faueret bonis ⁊ iuſtis hominibꝫ: ⁊ ꝓpter hoc vt eſſet eis
amicus ⁊ ꝓpicius: certū eſt ꝙ nullus· imo manifeſtū eſt quia
iraſceretᷣ oīs ſapiens ⁊ iuſtus offerentibꝫ. Iraſceretᷣ inꝙ: faciēte
hoc ſapientia ⁊ iuſticia: & hoc tanto magis q̄nto maior eſſet ī
eo ſapiētia ⁊ iuſticia: q̄a ergo incōparabiliter maior ē ſapiētia
& iuſticia deorū: ꝙ poſſit eſſe quorūcunqꝫ mortaliū ex neceſſi
tate incōparabilitᷣ magis iraſcuntᷣ boni dij munera huiuſmōi
⁊ ſacrificia huiuſmodi ſibi offerētibꝫ· nō ſolū igitᷣ irā bonorū
deorum qualēcunqꝫ ꝯtra ſe ꝓuocant huiuſmodi cultores· ſed
ineſtimabilē ⁊ immenſurabilē mortalibꝫ. Si quis aūt dixerit·
quia multo fortius poſſumus iſta obijcē cultu ſeu culture dei
altiſſimi: cū ipſe incōparabilitᷣ magis ſapiens ac bonꝰ ⁊ iuſtꝰ
ſit oībꝫ dijs. Neceſſe enī eſt vt bonitate ſua pria ⁊ redūdantiſſi
ma gr̄is faueat ⁊ ſit ꝓpicius ac ſapientiſſimꝰ amicus & iuſtis
hoībꝫ. Et ꝓpter hoc non ſolū ſuꝑuacua ſed etiā noxia· ⁊ iram
eiuſdem ꝓuocans eſt cultura que ipſi ab eiſdem impenditur.
Reſpondemꝰ igitᷣ: quia cultᷣa omnis & honorificentia ipſiꝰ eſt
debitū per ſe ⁊ ꝓpter ſuꝑeminentiſſimā ipſius nobilitatem ac
maieſtatē ſeu magnificētiā· ⁊ ꝓpter obnoxietatē: qua vnaq̄qꝫ
creatura totū qđ eſt ⁊ totū qđ habet eidem ſingulariter debet
Alijs auteꝫ nec debet niſi ꝓpter ipſum: qm̄ ab alijs nihil habet
ꝓprie· etiā ſi per alios tanꝙ per nuncios atqꝫ deferentes multa
bona recepit. Manifeſtum aūt eſt per ſe: quia incōparabiliter
longe eſt dator muneris a nuncio deferente illud. Nuncio enī
⁊ deferenti munus inquantū nuncio ⁊ deferenti ex voluntate
& beneplacito mittentis illud debetᷣ aliquid honorificentie vel
gr̄e vel remunerationis· ꝓpter datorē muneris ⁊ mittentē illud
Quare ſicᷣ ſuꝑ diximꝰ: bonis diis nihil debetᷣ honorificētie rōne
beneficiorū q̄ deꝰ altiſſimꝰ ꝑ eos tāꝙ miſtros ꝯfert mortalibꝫ
Sacra aᷣt ⁊ ſacrificia ⁊ tēplacioqꝫ cultᷣa ydolatrie: nō ē honori
ficentia deorū vt nunciorū ac deferentiū bn̄ficia: q̄ deꝰ deorum
mortalibꝫ p̄ſtat· ſꝫ vt datorū: neqꝫ vt miniſtroꝝ ⁊ amicorū dei
altiſſimi· ꝑ ſe aᷣt notū ē: q̄a ſolꝰ deus altiſſimꝰ vt deꝰ altiſſimꝰ
honorādus ē· ⁊ ſolꝰ auctor beneficioꝝ: ſoluſqꝫ dator ipſorū vt
auctor ⁊ dator illorum. Manifeſtū ē igitᷣ culturā deoꝝ iniuri/
am eſſe intolerabilem dei altiſſimi. H 2. Si quis vero dicat

quia nos xp̄iani templa edificamus: non dijs ſed hominibus ſanctis: ſcꝫ quia ⁊ ſacra eis ſtatuimus. videlicet feſta: ſacraſqꝫ cantiones ⁊ lectiones: quemadmodum ⁊ contra religionem xp̄ianam dixerat Fauſtus hereticus: q̄a xp̄iani ydola in martires: ſacrificia in agapas cõuerterunt. Reſpondemus. quia nõ templa ſanctis vel martiribus vel alijs: ſed deo altiſſimo edificamus ⁊ quicquid honoris ſanctis impendimus: vt dei amicis ⁊ vt dei ſeruis: ⁊ propter ipſum deum ſolum hec facimus. nec ſanctos ipſos inuocamus ⁊ oramus vt deos: neqꝫ vt auctores eorum que nobis preſtari petimus: ſed vt interpellatores pro nobis ⁊ impetratores eorum: neqꝫ ab eis petimus vt nobis huiuſmodi beneficia largiantur: ſed potius vt deum altiſſimum orent quatenus ipſe nobis ea largiatur. nec dicimus: ſancte Petre ſalua nos: ſed poti9 ora pro nobis. Martires ergo ⁊ alios ſanctos colimus: non vt illi ydola vel deos. illi enim ab ydolis ⁊ dijs ſalutem ſibi ⁊ ſperabant ⁊ poſcebant dari: ⁊ illos eã poſſe dare credebant. Nos autem non ſic. non enim a ſanctis ſperamus vel petim9 nobis ſalutem dari: ſed vt a domino deo nobis detur impetrari: nec eiſdem imponimus vel credimus ꝙ ipſi ſunt auctores vel datores ſalutis: ſed potius obtẽtores ſeu impetratores. ꝙ ſi quis dixerit. ꝙ quemadmodum regibus debetur regius honor: ⁊ pontificibus ⁊ ſacerdotibus ſacerdotalis: etiam ita dijs diuinus honor ex neceſſitate debetur. Reſpondemus: quia diuinus honor apud nos non ſignat. niſi dei altiſſimi honorem: ſicut nec hoc nomen deus. niſi deum altiſſimum vnde ⁊ nomen incommunicabile vocatur ſapientie .xiiij. vbi dicitur de ydolatris: quia nomen incommunicabile dederunt ligno ⁊ lapidi: quia ergo diuin9 non a dijs ſed a deo denominatum eſt. quemadmodum regius ab eo quod eſt rex: ⁊ pontificalis ab eo quod eſt pontifex: non procedit vniformiter ſm̄ intentionem eorum. Deus enim nomen commune eſt ⁊ communicabile apud eos. I Nunc autem reuertamur ad id in quo eramus: ⁊ dicamus quia ſapientia ⁊ iuſticia vel bonitas commitantur poteſtatem quam dicunt habere deos. Manifeſtum eſt. quia inutilis eſt cultura deorum iniquis ⁊ malis hominibus. ſuperuacua autem ſapientibus ⁊ iuſtis: imo ⁊ noxia: deoqꝫ altiſſimo intolerabiliter iniurioſa. ſi vero non comitantur eam ſapientia vel iuſticia ſeu bonitas palam eſt. ꝙ huiuſmodi poteſtas in dijs gladius eſt in manibus furioſorum. Apparet etiam quanta eſt veſania ydolatrie: que ⁊ deos illos nominare non erubeſcit. quos ⁊ abſqꝫ ſapientia ⁊ abſqꝫ bonitate eſſe confitetur. quare inſipientes ⁊ malos: ⁊ ideo potius inhonorãdi atqꝫ ſpernẽdi ſunt q̄ꝫ honorificãdi. ꝙ ſiquis dixerit

ꝙ propter inſipientiam ſuam atqꝫ maliciam placandi ſunt·ne
ſeuiant immoꝛtales. Erroꝛ iſte multis vijs deſtruitur. Primuꝫ
quia huiuſmodi ſubſtãtie non dij ſunt ſed belue. Belua enim
eſt que ſine ſapiẽtia: ⁊ iraſcitur ad ſeuiendum ⁊ placatur eſca
Secundo quia huiuſmodi dij ne dicam belue: ſi placarentur
muneribus: iraſcerentur non offerentibus munera ſed ſacrifi/
cia eoꝛum contemnentibus: ⁊ ita viuere non ſinerent nec culto
res ſuos. Amplius aut eſt eis poteſtas hec libera: vt ſeuiant in
quoſcunqꝫ ⁊ in quemcunqꝫ voluerint: aut eſt in eis ligata &
limitata. Q̄ ſi eſt eis libera: quomodo igitur parcũt ꝯtempto
ribus ſuis ⁊ exterminatoꝛibus culture ſue. Si vero non eſt eis
libera ſed ligata ac limitata· eſt ergo in poteſtate ⁊ beneplacito
ligatoꝛis vel limitatoꝛis· ⁊ in quos & quem: ⁊ quando ſeuiant
Ipſe ergo ſolus vel placandus eſt muneribus ⁊ ſacrificijs: nõ
huiuſmodi belue quaꝝ malicia habet nihil: niſi in quem ipſe
vult ⁊ ſinit. Quis enim videns aliquem tenenteꝫ beſtiam liga/
tam: adoret vel honoꝛet ipſam beſtiam vt in ipſum non ſeuiat
& non potius tenentem illam. Certum autem eſt· quia ſolus
deus altiſſimꝰ ⁊ ligatoꝛ & limitatoꝛ eſt huiuſmodi poteſtatis:
quare ipſe ſolus adorandus ⁊ oꝛandus & honoꝛandus eſt cõ
tra iram atqꝫ ſeuiciam huiuſmodi beſtiarum non ipſe beſtie.
Q̄ ſi q̇s dixerit· ꝙ non eſt ex toto ligata huiuſmodi poteſtas
a deo altiſſimo: ſed in parte tenet eos ligatos quantum vult·
cum inuitus nihil eis liberum dimiſerit· quare ex toto in ma/
nibus eius ſunt ſicut belue cathenate· Debes autem ſcire· quia
eo vſqꝫ deſipiunt quoꝛũdam vanitas vt deos crederent· vel ſibi
ipſis partitos fuiſſe ad hoc forte· vel deum deoꝛum ipſis diſtri
buiſſe totum oꝛbem terrarum. Plato vero ſenſit deum deoꝛum
oꝛbem terrarum eis regendum tradidiſſe ac diſtribuiſſe. Qđ
ſi verum eſt· nec ipſi ſuggerunt aliquid moꝛtalibus contra de
um deoꝛum: nec aliquid ab eis exigunt contra honoꝛẽ ipſius·
quare nec culturam huiuſmodi ei ſuggerunt· nec ab ipſis exi
gunt illam: nec etiam impendi ſibi ſuſtinent eandeꝫ. Alioquin
non ſolum non fideles miniſtri: ſed etiam nequiſſimi prodito
res ipſius eſſent· cum gubernationi ſue & iure cõmiſſos moꝛ=
tales: a deo altiſſimo auerterent ⁊ in culturam ſuam transfer/
rent· deus etiam altiſſimus iniquus eſſet ſi tantam eoꝛum neq̇
ciam ſuſtineret· ſi enim cura eſſet ei de hominibus vt iuſte vi=
uant· ⁊ iniuſticias eoꝛum impunitas eſſe nõ ſinat: tanto foꝛtiꝰ
in dijs non ſuſtinebit tantã iniquitatẽ: quin eã q̄nqꝫ vindicet
& quin eos a tam mal'aminiſtratoꝛibꝫ q̄nqꝫ amoueat ſi enim

in atrio domus ſue: hoc eſt in genere humano tãtas iniq̃tates tanta diſtrictiõe interdicit: tantaq̃ ſeueritate vindicat· quãto fortius in ipſis penetralibus domus ſue: hoc eſt in cetu deorũ & in ipſo celo· ſi enim nec ipſum celum cetuſq̃ deorum vacat a tantis iniurijs ⁊ cõtumelijs creatoris: que illi eſt cura de honore ſuo ⁊ gloria & de ſalute ipſorum· quoniam enim omniũ egritudinum pniciosiſſima eſt iniquitas· & omnium mortuũ peſſima eſt mors peccatorum· ⁊ omnium ſordium ſpurciſſima eſt fetulentia viciorum · q̄ ſi non curat hoc vindicare que eſt eius iuſticia· ſi non curat ſanare que eſt ei⁹ miſericordia: ſi nõ curat mundare que eſt eius ſanctitas: eo vſq̃ vero inſamuert quidam: vt deum ebreorum non niſi vnum ex his opinarent· & forte obtimuiſſe vt deus eſſet ebreorum : ⁊ iupiter ſimiliter vt deus eſſet· certe ⁊ venus vt dea eſſet cipri ⁊ ita de alijs· K

Querendum autem eſt ab his hominibus cum orbem terrarum deus deorũ creaſſet ⁊ eius eſſet iure pleniſſimo ac ſingulariſſimo· vtrum ipſe deus deorum ſortes huiuſmodi miſerit: an ipſi per ſe· deum autẽ deorum ſortem miſiſſe non ſolum non verũ ſed vile eſt ſentire: cum ſortes ibi tantum locum habeant· vbi ignorat̃ quid alicui dandũ vel cõmittendum ſit· ſapientiſſim⁹ autẽ deus nihil in parte iſta ignorabat· q̄ ſi ipſimet in ↄſulto deo altiſſimo ſortes huiuſmodi miſerunt ⁊ de re ei⁹· quare nec dij: nec vt domini in his honorandi ſunt· ſi vero eo conſulto & de beneplacito eius ſortes eius de toto orbe miſerunt· qualiter ergo de tot partibus mũdi exterminati ſunt & eiecti: ⁊ de hoc deo ipſo hebreorum iubente in lege ſua: quomodo non fuit cõtentus de⁹ hebreorũ ſorte ſua: ⁊ fines aliorum inuaſit· videlicet terram ꝓmiſſionis· ſi enim eſt pax ⁊ amicicia inter eos: null⁹ eorum inuadit fines aliorum quin etiam adiuuant ſe inuicẽ· & promouet alter alterius culturam · quomõ ergo permiſerit ſic exterminari eos de terra promiſſionis ⁊ de toto orbe xpianorum: ⁊ de toto regno ſarracenorum ⁊ potiſſimum de egipto vbi omnes colebantur : vbi adeo erat celebris cultus eorum· vt egiptus propter hoc templum mũdi vocaretur· ſicut dicit mercurius. Sed ⁊ de vrbe Roma: & maxime de templo quod pantheon vocabatur: quod vnum dominium erat demoniorũ quomodo illud ſaltem non ſibi cuſtodierunt & defenderunt· q̄ ſi nec pax nec amicicia eſt inter eos · mali igitur ſunt auari & cupidi ⁊ inuicem ſe impugnantes: fratreſq̃ ſuos contra alterutrum inuadentes ⁊ vituperantes. Hec autem omnia lõge ſunt a natura deorum: maxime bonorum quales ipſi credunt.

Apparet igit̃ ex ipſo exterminio eorũ tanto atq̃ profligatiõe eos in orbe terrarũ nihil poſſe· ſi enĩ ea eſſet poteſtas eorũ quã

eis imponunt ꝛ ſibi primum ꝛ maxime conſuluiſſent: reſeruãtes templa ſua atqꝫ defendentes. Deinde ſtatuas ſiue imagines aut ydola ſua: miniſtroſqꝫ ſacrorũ ſuorum pontifices ſcilicet ꝛ ſacerdotes: & poſtmodũ cultoribꝰ ſuis. oĩno enim incredibile eſt. ꝙ ſponte ſua exterminati ſunt dij ꝛ profligati: & de maiori parte orbis terraꝝ ſimiliter ꝛ modis omnibꝰ improbabile eſt eoſdem cultoribus ſuis adeſſe noluiſſe. Vtrũqꝫ ergo nolentes & inuiti paſſi ſunt. quare manifeſtũ eſt eos reſiſtere nequiſſe poteſtati per quẽ talia paſſi ſunt. Hec igit̃ poteſtas aut hũana eſt aut dei altiſſimi. Ꝙ ſi dei altiſſimi: inimici igit̃ ꝛ infeſti erãt deo altiſſimo: qui eos inuitos de tantis regnis oĩno expulit. omnẽqꝫ culturam eorũ & honorificentiã exterminauit. exquo manifeſtũ eſt eos malos eſſe. ꝛ ꝑpter hoc non dicam honore diuino: ſed proſſus indignos omni. Apparet etiã culturã eorũ proſſus inutilem fuiſſe cultoribꝰ ſuis: irato eis exiſtente deorũ deo. Ꝙ ſi ire ipſius reſiſtere non potuerunt vel pro ſe vel pro cultoribꝰ ſuis. ergo nec fauori ꝛ gratie eiuſdeꝫ reſiſtere poſſunt contra cultores ipſius ſolius. Manifeſtum igitur eſt omnino inutilem eſſe culturam eorum: cum nõ ire dei altiſſimi poſſint reſiſtere: neqꝫ adeſſe ſibi ꝛ cultoribus ſuis circa illam. nec fauorem aut gratiam ipſius impedire. quo minus per eas bene ſit cultoribꝰ ipſius ſolius. Non enim minor eſt vllo modorũ gratia ſeu beniuolentia dei altiſſimi ꝙ̃ eius ira. quare totum bene eſſe rerum humanarũ: totumqꝫ contrarium ex ſolo beneplacito dei altiſſimi eſt. circa quod omnino nihil pro ſe vel etiam pro ſuis eos poſſe manifeſtum eſt. nec circa hoſtes ſuos ſimiliter. non ergo timenda eſt poteſtas eorum propter rerũ humanarum periculũ: nec ſperandum in eis omnino propter earundem proſperationem. quare nec cultura eis propter hoc adhibenda nec aliud. ¶ Si vero poteſtas humana eſt per quã exterminati ꝛ profligati ſunt. magis igitur eis adorandi ſunt hoĩes ꝙ̃ ipſi hominibus: & poteſtas humana magis timẽda eſt atqꝫ placanda ꝙ̃ poteſtas eorum hominibꝰ. quare magis colẽdi ſunt pro dijs ꝛ habendi ab eis homines: ꝙ̃ ipſi hoĩbus Manifeſtũ ex .iij. Iudith. Nabuchodonoſor regem babilonis precepiſſe Holoferni principi milicie vt cunctos deos gentiũ extminaret. videlicet vt ipſe ſolꝰ diceret̃ deus ab his nationibꝰ que potuiſſent Holofernis potentia ſubiugari. Et iteꝝ ex .xvj. eiuſdeꝫ magnates Holofernis machior: vt oſtendam tibi qm̃ non eſt deus niſi Nabuchodonoſor. Deniqꝫ romam ſtatuerũt vt nullus abſqꝫ decreto eorum coleretur vel haberetur deus in terra. Apparet igitur ex his defectus ꝛ impotentia deorum huiuſmodi: qui honorificentiaꝫ ꝛ cultum ſuum etiam aduerſus

hoīes defendere non potuerūt. quia ſiquis obijciat: quia idem poteſt contra nos dici de deo altiſſimo: cuius cultus p̄ gentes inſipientes ⁊ principes eorum ſepe exterminatus eſt. ⁊ vix etiā proficere potuit. ⁊ totiens quo minꝰ creſceret atq̃ dilateretur per homines impeditus fuit. Reſpondeo quia non eſt hec pena dei altiſſimi ſed facientium. exterminium vero ydolatrie pena eſt deorum ⁊ ſalus ydolatriaꝝ deſerentium. Non ergo quicq̃ contra deum altiſſimum faciebant ydolatre recedentes a cultu ipſius: ſed potius contra ſemetipſos. ⁊ propter iniuriam dei in ſemetipſis atrociſſime vindicabant. Nec enim pernicioſius irrogare poterant ydolatrie ſeruitutē: nullam iram dei maiorē portare poterāt q̄ tenebras excecationis ⁊ tyrannidē peſſimā. quibus vnum deum ac ſolū verum cognoſcere prohibebant̄. ⁊ implacabilibus inimicis ſuis atq̃ ludificatoribꝫ demonibꝫ ſeruire permittebantur. Dijs autem inanis glorie amatoribus ⁊ honorificentie dei altiſſimi inuidentibus: erat pena ydolatrie deſtructio. ſalus aūt erat eos deſerentiū ⁊ ad deū reuertentiū

M Quoniam autem tam crebro miliciam nominat ſacra ſcriptura: tāq̃ frequenter cultus eiuſdem imperat ⁊ interdicit populo hebreorum. neceſſe habemus declarare tibi que ſit iſta milicia quam decepta coluit quondam antiquitas. ⁊ adhuc aquilonares barbarie nationes multe colūt. quia igit̄ milicie de celis aut ſtellis aut luminaribꝫ minus improprie: minuſq̃ extranee accipitur. conueniēs eſt vt accipiatur de ſubſtancijs ſpiritalibus. Non enī veriſimile eſt eis ſubſtācijs ipſis cultū diuinum impendiſſe. quas pura ⁊ mortua corpora crederent: ⁊ in quibus nihil ſpiritualis virtutis eſſe opinarent̄. hec igit̄ milicia eſt ſm̄ opinionem eorum: quemadmodum ex libris magicis atq̃ maleficis euidenter apparet multitudo ſpirituū: de qua ſentiebat ſicut narrabimus. poſuerunt enim vnicuiq̃ celorum ſpiritus proprios preſidentes aut ſeruiētes: ⁊ in eodē inhabitantes. ⁊ de celo quidem ſtellato manifeſtum eſt quia poſuerūt angelos miniſtrātes ſignis: ⁊ diſtinxerūt miniſteria eorum iuxta diſtinctionē circuli ſignorum qui zodyacꝰ grece vocat̄. vnde ⁊ poſuerunt qui ſeruirent prime triplicitati eorū ſignorum in quatuor partibus anni: ſimiliter ⁊ qui ſeruirent ſecūde in eiuſdem partibꝫ: ſimiliter ⁊ tercie ⁊ q̄rte. ⁊ poſuerūt eis nomina iuxta hunc modum: ⁊ qui preeſſent celo ſaturni. ⁊ qui ſeruirent celo ipſi ſaturno. ⁊ nomen eius poſuerunt in libris ſuis. Eodem modo ⁊ qui ſeruirent circulis eorum: ſiue qui preeſſent vel eſſent principales eorum inter eos: ⁊ nomina poſuerūt eis: ſimilit̄ ⁊ qui p̄eſſent vnicuiq̃ ceterorū planetaꝝ. ⁊ nomina eorum deſcripſerunt iuxta poſitionem iſtam ſuam

quid aūt habeat veritas de his : videlicet vtrū vnicuiqꝫ celoꝛū ſint proprij ſpiritus habitatoꝛes vel preſidentes:⁊ vtrū nomīa ſint eadem vel poſſunt eſſe:⁊ de alijs que circa deos huiuſmōi poſuerūt diſputare ⁊ perſcrutari: preter intentionē eſt p̄ſentis tractatus: ad quartā partem ſcientie diuinalis philoſophieqꝫ ſapientialis proprie pertinet. Et propter hoc oīa huiuſmodi eidem tractatui reſeruamꝰ. poſuerūt ſimiliter angelos ꝓprios qui preeſſent igni: ſimiliter ⁊ alios qui preeſſent mari. ⁊ alios qui preeſſent terre. & vtebantur inuocantibꝰ huiuſmodi oīm ſpirituū vel angeloꝛum prout credebant congruere maleficijs ſuis : verbi gr̄a cum intendebant oꝑari in rebus pertinentibꝰ ad ſaturnū: inuocabant per noīa ſua vel etiam abſqꝫ nomībꝰ angelos quos ponebant ſeruire circulo ſaturni ſiue celo eius & cum volebant operari in rebus pertinentibus ad venerem: ſimiliter faciebant de angelis quos credebant ſeruire circulo veneris. ⁊ ad hunc modum de alijs vtebantur etiam ſcriptīs atqꝫ ſculpturis huiuſmodi noīa deſcribentes ea vel ſculpētes & inſtrumentis maleficioꝛum ſuoꝛum hoc eſt in imaginibꝰ vel ſpecul' vel inanijs ⁊ rebꝰ alijs q̄s maleficis operibꝰ adhibebāt. ſicut teſtis lateribꝰ cereis. Eodem mō faciebant oꝑari volētes in rebus ignis:⁊ in rebus maris. ⁊ in rebus terre: ſicut euident̄ legitur in libris eoꝛum : ſicut in libris. vij. planetarū ⁊ alijs q̊s decepti ⁊ perditi alioꝛumqꝫ deceptoꝛes & perditoꝛes homines: vel ſcripſerunt ipſi vel demones ſub nominibꝰ eoꝛū. Impietas aūt ⁊ vanitas huiuſmodi operationum inde euident̄ apparere poteſt intelligentibus : quoniā ipſa eque fiebant pro bonis vt ipſa ſcilicet bona fierent vt pro malis ⁊ econuerſo. Omnia enī maleficia indifferenter eque decent fieri vt dicunt libri illi . ꝓ impediendis ſanctis atqꝫ iuſtis hominibus ac peruertēdis vt ꝓ malis ⁊ impijs verbi gratia : maleficia in rebus veneris eq̄ pro inflammandis libidine ſanctis caſtiſſimiſqꝫ mulieribꝰ vt pro meretricibꝰ ac vilibus: ⁊ inuocatiōes huiuſmodi ſpūum eq̄ fiebant ad bona facienda vt ad mala. Ꝙ ſi huiuſmōi ſpūs eque aderant huiuſmodi cultoꝛibꝰ ſuis in faciēdis malis: aut in faciendis bonis: manifeſta eſt impietas eoꝛum ⁊ iniquitas. ſi autem non aderant eis niſi in faciendis bonis. vane igitur ⁊ fruſtra impendebāt eis huiuſmodi cultū pro faciendis malis quare mendaces ex neceſſitate ſunt: ⁊ libri huiuſmodi ⁊ eoꝛū ſcriptoꝛes : ⁊ ipſi dij ſ̄m ipſos q̊rū reuelatiōe ſe talia ſcripſiſſe ſcripſerunt. Amplius. in faciendis bonis gratis aſſunt ⁊ fauēt dij ſi boni ſunt ſi enī vel negligunt vel deſeruiūt bona faciētes donec illecti ſint muneribus ⁊ ſacrificijs . mali proculdubio ſunt : qui non ſponte bona diligunt imo negligunt . Si vero

maleficiis quantacunq; illectione munerum vel ſacrificiorum illecti fauent·proculdubio mali ſunt: quare vtroq; caſu contingente mali ſunt·hoc eſt ſiue bonis non ſponte faueant & ea per ſe negligant· ſiue malis illecti muneribus faueant: nullo modo ergo colendi ſunt. Amplius·ſi iuſtum & bonum opus intenditur·quis dubitat omnes bonos et iuſtos homines pro ſperatione eius et diligere et optare· quanto fortius ergo deos optimos·et hoc gratis per ſemetipſos: alioquin incomparabiliter minus bonos eos neceſſe eſt quam homines. Amplius·cum due gentes bellum habent adinuicem: neceſſe eſt alterum bellum iniuſte habere·vtraq; autem inuocat deos ſuos: quid ergo facient iſti dii vterq;·ſi enim fauerint vtriq; genti ſue: ergo alteruter eorum fauet parti inique et fauent iniuſticiam· ex quo duo inconuenientia ſequuntur·Primum videlicet quod iniqui ſunt alterius partis diis. Secundum quod ex neceſſitate ſibi inuicem aduerſentur·et pugnent contra ſe inuicem pro cultoribus ſuis quare inter eos erunt bella et inimicicie ſicut inter homines·et ideo ſubiecti erunt ſimilibus paſſionibus: hoc eſt ire·inuidie: & continget aliquem eorum vinci·quid ergo diſtabunt a malis hominibus? Preterea cum ipſi ſint preſcii futurorum: quomodo aggredientur bellum in quo ſe vincendos eſſe prenoſcent·aut ergo deſerent cultores ſuos in eo caſu et inutiliter colentur ab eis·aut ſcienter ſe et ſuos dabunt in periculum pugne: cum in ea ſe vincendos preuideant. Amplius· aut eque fortes ſiue potentes ſunt omnes dii fortiores aliis·aut non. Quod ſi eque fortes ſiue potentes. Impoſſibile autem eſt fortem ab eque forti ſuperari. Impoſſibile quoq; gentem a gente ſuperari: niſi dii alterius diis alterius preualeant. Impoſſibile ergo erit inter gentes diuerſorum deorum cultores prouenire quocunq; bello victoriam Amplius· adiutorium deorum in bellis: non eſt in armis et viribus ſed in nutu tantum et in beneplacito eorum·quare quamdiu durat fauor et gratia eorum cultoribus ſuis tamdiu et adiutorium·aut ergo adiuuant quem volunt aut non. ſic impoſſibile igitur eſt prouenire victoriam contra quemcunq; eorum. Quod ſi non adiuuant apparet euidenter impotentia eorum et miſeria. Miſeria in hoc quod voluntas et beneplacitum eorum incompleta relinquitur·quod fieri non poteſt abſq; dolore et afflictione ſpeciali. Amplius·ſi bella ſunt inter ipſos deos pro cultoribus ſuis neceſſe eſt vt ſint inter eos etiam victorie· quid ergo fit de victis diis·an capiuntur an religantur: an in ſeruitutem eorum redi guntur. Apparet et ex his miranda ſtulticia omnium ydolatratum·quoniam potentiores deos aut ſaltem potentiſſimum inter eos ſi quis inter eos talis eſt·vt eligant aut colant. Amplius·

cum pro bello ⁊ victoria nō colatur niſi mars: eque colentibꝰ
& venerantibus ipſum equaliter fauere: ſi intuitu tm̄ culture
fauet cultoribus ſuis. quapropter impoſſibile eſt huiuſmodi
bellantibus de inuicem prouenire victoriam. Qꝫ ſi dixerit q̄s
quia dyana etiaꝫ pro bello ⁊ victoria colitur. Reuertemur ad
id quod in proximo diximus: videlicet quia ſi eque fortes ſūt
mars ⁊ dyana neutri parti proueniet victoria. ſi autē alteruꝫ
fortior: ſequit̄ reliqs defectꝰ ⁊ miſeria. atqꝫ ſtulticia q̄ diximꝰ.
Amplius aut pax aut amicicia eſt inter huiuſmodi deos aut
nō. ſi ſic neceſſe igitur eſt vt vnuſquiſqꝫ eorum amet cultores
omnium aliorum ⁊ faueat eis. amicorum enim tanta amicicia
⁊ tam ſc̄tā vt deos decet ſeſe inuicē complectentiū. Manifeſtū
eſt omnia eſſe communia. quare impoſſibile erit aliquē illorū
vel munera ſacrificiorum: vel aliorum oblationum recipere a
cultoribus ſuis vt impediat cultores alicuius aliorum. In hoc
enim iam agent ꝯtra illū: cuius cultores ⁊ ſubditos impediret
hoc autem non permittit veritas amicicie. vane ergo ⁊ inutilit̄
offerentur huiuſmodi munera ⁊ ſacrificia non accipientur. ſi
vero nō eſt pax nec amicicia inter eos. ſunt igitur in diſcordia
& odio inter ſe inuicem. he autem ſunt paſſiōes peſſime: quas
diuinitatis bonitas oīno non recipit. Amplius aut iuſto odio
ſe inuicem oderunt aut non. ſi ſic ergo merito odibiles ſunt: ⁊
propter hoc omni honore indigni. ſi vero non iuſto odio ſeſe
oderunt. eo igit̄ ipſo iniqui ſunt ⁊ mali. ⁊ propter hoc magis
pena ⁊ cōtumelia q̄ honore aut ſeruicio digni. iam igitur tibi
declaratum eſt ex his culturam deorum que ydolatria vſualit̄
dicitur. ſtultiſſimam eſſe atqꝫ ſacrilegam.

De inſania ⁊ fatuitate ydolatrie ſtellaꝝ ⁊ luminū. Ca. II.

Oſt hoc igitur relinquitur nobis declarare inſaniā ⁊
vanitatē atqꝫ impietatē ydolatrie ſtellaꝝ ⁊ luminum.
A Dicemꝰ ergo quia ydolatre huiuſmodi aut
intendebant huiuſmodi cultu ſuire corporibꝰ inanīatis. aut
corporibꝰ anīatis q̄ etiā anīalia eſſent. aut ſpiritibꝰ forinſecis q̄
anīabꝰ huiuſmōi vel corporibꝰ p̄ſiderent. qꝫ ſi ſpiritibꝰ: eadeꝫ ē
ydolatria hic quā ſup̄ deſtruximꝰ. quare non oportet nos in
deſtructionē ipſius iteꝝ laborare. ſi vero corporibꝰ anīatis vel
anīalibꝰ. neceſſe ē huiuſmōi anīalia aut eſſe rōnalia aut intelli
gentia vane igit̄ ⁊ ignoīoſe eis ſeruit̄: cū nec ip̄m ſeruicium
agnoſcāt nec ſeruitores. ⁊ ꝓpter hoc in remunerationē eorum
nullatenꝰ intendūt. cultū enī diuinū agnoſcē: nō ē niſi rōnal'
anīe ⁊ intelligentis. Amplīꝰ brutis anīalibꝰ diuinū honorem
impendē manifeſte inſanire ē. oīne nāqꝫ anīal rōnale nobilius
eſt atqꝫ p̄ſtantius: ſublimiuſqꝫ incōparabilit̄ omni irrōnabili

Incomparabiliter igitur inferiori atq; ignobiliori ſe homo huiuſmodi animalibus vt dicunt celeſtibus ſeruiens per adorationem ⁊ culturam ſe ſubdit· quare ordinem nature intolerabili peruerſitate ſubuertit· eſt igitur contra naturam iſta inſania: eſtq; manifeſta peruerſitas. Preterea· cum huiuſmodi animalia nec audiant nec videant adorātes. Proinde eſt ac ſi ſurdis ⁊ cecis talia offerentur· proinde eſt ac ſi non exiſtentes orētur ⁊ inuocarentur· tanta nanq; diſtantia: tantaq; remotio huiuſmodi animalium a nobis : vt nullus clamor noſter ad eos pertingere poſſit. Preterea orationes ⁊ adorationes: que mēte ſolummodo fiunt hoc eſt in corde interius: ad ipſos impoſſibile eſt peruenire: quare fruſtra fient eis huiuſmodi. Amplius vt dicas ſic: in non intelligente eſt impoſſibile eſſe diuinitatem hoc enim eſt quo potiſſimum anima humana diuinitati aſſimilatur videlicet in ipſo intelligere· in quo autem impoſſibile eſt eſſe diuinitatem : impoſſibile eſt eſſe diuini honoris dignitatem: cum diuini honoris dignitas aut diuinitas ſit ex diuinitate ſola · quare impoſſibile eſt huiuſmodi animalia digna eſſe diuino honore. Preterea· aut poſſūt quicq; boni facere aut non cultoribus ſuis: ſi nō poſſunt· vane ergo ⁊ inſaniſſime coluntur. Quod ſi poſſunt aliquid boni facere cultoribus ſuis: aut naturaliter igitur hec facient· aut violente: aut volūtarie. Manifeſtum autem eſt quia voluntarie nihil : cum voluntas nō ſit niſi rationalium animalium· ſi vero ſolummodo naturalit̄ aut violente : manifeſtum eſtq; naturali ⁊ violenta nec cultu nec muneribus indigent· nec ſic poſſibile eſt obtineri ab operatoribus ſuis: hoc eſt ab alijs que naturaliter vel violenter operantur· quia igitur his eſt extrema fatuitas ⁊ veſania euidentiaq; proprie falſitatis per ſeipſam euaneſcit· ⁊ de omni corde intelligentis abſq; vllo raciocinatonis impulſu corruit· B

Transeamus ad ea que probabilitatis aliquid habere potuerunt· & in que etiam nobiles philoſophorum prolapſi ſunt. Dixit enim Plato in tymeo· quia mundus eſt animal intelligens diuine prudentie ſanctionem. Et Auicenna· quia celum eſt animal deo obediens. Areſtotiles quoq; ⁊ omnes ſequentes ipſum celos poſuerūt animalia: ⁊ animas eorum intelligētias: ⁊ vnicuiq; huiuſmodi animarum animatum proprium ſeparatum: quod ⁊ vocauerunt intelligentiam· deſiderium autem ſpiritualis & immaterialis virtutis ſiue ſubſtantie : non poteſt eſſe niſi in natura intelligente: quare vnamquamq; animarum huiuſmodi neceſſe eſt eſſe intelligentem ſm eos. Mercurius vero in libro quem ſepe nominauimus: mundum vocat deum ſenſibilem ⁊ etiam planetas. Boecius vero de anima

mundi loquens dicit: mentemqꝫ profundam circuit: ⁊ ſimili conuertit imagine celum. Iſti ergo intenderunt celos ⁊ ſtellas et lumina: diuina animalia quedam eſſe. Et tanto preſtãtiores eſſe animas eorũ aĩabꝰ humanis: quanto corpora illa celeſtia corporibus humanis antecellunt. Et hac decauſa viſum eſt in eis: qđ ⁊ nobilitate ſublimiores eſſent hominibus mortalibus potentiaqꝫ ac ſapientia hoĩm cuſtodes: ⁊ rerum humanarum rectores. Et hec eſt cauſa ꝓpter quã honores eis diuinos: ſacraqꝫ ſacrificia ſtatuerunt. Solem igiť ⁊ lumina colebant: vt ſubſtantias rationabiles ⁊ intelligentes: alioſqꝫ planetas· ſimiliter et hoc eſt qđ legitur ſapiẽtie· xiij· Solem ⁊ lunã rectores orbis terrarũ deus putauerũt: ⁊ ipſis planetis atqꝫ ſignis· xij· orbem terrarum inferiorem: totũ partiti ſunt· ſicut ſupra tetigimꝰ· vt marti germaniam· ſaturno italiam· ciprum veneri. Sectas etiã et leges ⁊ artificia: virtuteſqꝫ & vitia eiſdeꝫ diſtribuerũt. Eodeꝫ modo ornamenta ⁊ inſtrumenta: colores odores ⁊ ſapores per ſingulos diuiſerunt· necnon ⁊ aĩalia: omniſqꝫ generꝰ armnos et furnos: molendina· & quicq̃d etiam de locis ⁊ habitatiõibꝰ hoĩm: animalia quoqꝫ eiſdem partiti ſunt· vt animalia griſei coloris attribuerunt veneri· ⁊ aues ruffi coloris: marti· & coruinum fedus: febo ſiue appollini. Literas etiã ſiue numeros: ſiliř eiſdem partiti ſunt· ⁊ ad vltimum ipſum corpus humanum: ⁊ partes & mẽbra diſtribuerũt eiſdem· ⁊ hec in libris iudiciorũ aſtronomie: & in libris magorum atqꝫ maleficorum tempore adoleſcentie noſtre nos meminimꝰ inſpexiſſe· quecunqꝫ auteꝫ contra culturam deorũ ſpiritualium diximus ſupra· ⁊ culturã iſtorum deorum ſenſibilium & animalium: abſqꝫ vlla dubitatione induci facile eſt intelligenti: ⁊ etiam quod in deſtructõꝫ iudiciorum aſtronomie ſupra diximus. ſi enĩ veri dij ſunt: nec retrogradatio: nec infortuniũ: neqꝫ combuſtio: nec aliud impedimentum locum habet apud eos. Amplius. Si veri dij ſunt: nutu ſolo ⁊ beneplacito iuuant cultores ſuos: & tamen ſcđm aſtronomos nihil poſſunt· cũ ipſimet infortunati ſunt: vel nõ liberi a malis· ¶ Amplius. Scđm aſtronomos ipſimet freq̃nter impediunť· aut caſu: aut oꝑatiõe fortiorũ: aut ꝯtrarietate ſignorũ in quibꝰ ſunt· diuinitaſ aũt ſemꝑ libera eſt: ⁊ inuicta· Amplius. Ad horã non poſſe fortunari: q̃nqꝫ impediri ⁊c̃: manifeſta ſunt iudicia defectus ⁊ impotentie· vera aũt diuinitas: immunis eſt omnino ⁊ libera ab huiuſmõi. Manifeſtum igiť eſt· vel aſtronomiam mendaceꝫ eſſe in parte iſta: vel nihil habere vere diuĩtatis deos huiuſmodi. Amplius. Cum ſol et luna: ceteriqꝫ planete ex neceſſitate motuũ ſuorum ad eos ſitꝰ et depoſitiones deueniãt: ⁊ ad eas coniunctiones ⁊ operatiões

in quibus neceſſe eſt eos fortunari·quã doq; ⁊ impediri: qñq; et exaltari vel cadere:vt aſtronomi dixerun t atq; ſcripſerunt· proſperantur autem ⁊ impediuntur res hu mane iuxta diſpo= ſitionem ipſorum.Impoſſibile autem eſt n õ proſperari quod fit ſub fortuna ſeu etiam fauſta conſtellati one ipſorum.Fru= ſtra igitur reconciliacõ:⁊ vane ſacrificijs ⁊ muneribus querit̃ fauor eorum ⁊ ꝓpiciatio:fruſtra timetur ira vel indignatio co/ rundez·cum omnino nihil poſſent contra ꝓprias fortunas aut infortunia·⁊ fortunas eorũ & infortunia cetera·ſed huiuſmodi diſpoſitiones illorum: ſequuntur ex neceſſitate fortunationes et infortunationes rerum humanarum: alieq; huiuſmodi di= ſpoſitiõ es illarum.Si enim Mars cadens fuerit:⁊ in ſigno ſibi ↄtrario fuerint fortioreſq; eius contrarij· ⁊ ipſemet retrograd9 non poteſt contra hoc fortunia ſua ⁊ impedimenta·quare non poterit cultores ſuos illa hora:vel ad optinendam victoriã:vel ad aliquid aliud iuuare. Inutiliter igitur illa hora recurretur ad ipſum:inutiliter ⁊ ſacrificabitur.Ampli9.Aut illa hora fa= uet cultoribꝫ ſuis:aut non fauet ſic cum non poſſit eos iuuare Solet igitur illa hora de infortunio cultorum ſuorum·quare ſi/ milis defectus & impotentia: ſimiliſq; miſeria dolorum inuenit̃ apud eũ tempore infortuniorum ſuorum defectui ⁊ impotentie atq; dolori cultorum ipſius Similibus ergo miſerijs atq; defe ctibus obnoxius eſt atq; ſubditus talibus:vt cultores ipſius· ſi vero illa hora· videlicet infortuniorũ ſuorum prenominatorũ non fauet cultoribus ſuis.Ingratus eſt eis:cũ ipſi eiuſdem ve= nerari ⁊ colere nõ deſinant:optare eis deberet exaltationem & liberationem a malis·ita ingratitudo omnium viciorum odi/ bilium cadit in deos huiuſmodi.Iuxta hunc modũ eſt ratioci/ nari de alijs·Amplius.Qđ ſcripſerũt aſtronomi:adhuc tenẽt· et obſeruant certis temporibus:vicibuſq; determinatis·domi/ nantibus annis ⁊ annorũ partibus·Verbi grat a· D Sa= turnus quandoq; eſt dominus anni·videlicet ſi fortior fuerit:⁊ plures habens dignitates q; aliquis aliorum: ſole ingrediente initium arietis·& iuxta hunc modũ incipit: ⁊ iterum in eiſdez annis plus aut minus dominant̃ aut põt:ſm ꝙ pl9 adiuti fue runt a beniuolis ſuis:vl'impediti ab alijs: vel etiã a domibꝫ & triplicitatibꝫ atq; ſignis in quibus fuerunt·in illa videlicet ini tiali toti9 anni·q̃re manifeſtũ eſt non eos poſſe ſic volunt: ſed vt adiuuant̃:aut impediuntur·q̃re nec proſunt:nec nocent:nec dij ſiue dñi adiumentorũ ⁊ nocumentorũ dici debent:ſꝫ potius vt ꝑ ſe impotentes ab alijs adiuti·⁊ vt miſeri:ab alijs impediti·

quare manifeſtum eſt aſtronomiam & ydolatriam ſibiinuicē contradicere· ꝓpter hoc autem diſtributio domorum:ſeu do ni nationum atq; poteſtatum huiuſmodi non eſt eis a ſeipſis. Si enim eis eſſet a ſeipſis: tunc voluntaria eſſet eis reſtrictio pote/ ſtatis ſue:ꝛ diminutio dignitatū:ceteraq; impedimenta· & hoc quidam verum eſt ſm poſitiones aſtronomorum : cum pari felicitate fugiunt ſeu recedunt a locis dignitatum ſuarum ſeu fortunarum:qua reuertunt̄ ad ipſa. Indifferenter ergo ſe hñt ad hoc ꝛ ad illa·quare et ad effect⁹ eorum. Quemadmodum igitur non plus curant ipſi: ſeu amant eſſe in locis dignitatū ſuarū ſeu fortunarum:ꝙ in contrarijs·neceſſario ꝛ plus mora rentur in illis:qm̄ in contrarijs·non autem eſt ita.ꝙ ſi dixerit quis·quia violenter recedūt ab illis.ſed voluntarie reuertunt̄ ad illa·hic eſt erroneus: ponens hanc confuſionem in motibꝫ celeſtibus. Nam ponit eos in parte eſſe voluntarios:ꝛ in parte violentos·Blaſphemat inſuper ſuos deos.dum concedit eos de dignitatibꝫ ſuis:tam ſepe deijci atq; deponi·ꝛ non habere pote= ſtatem:niſi ex locis· ꝛ nō ex ſe·nec erubeſcit confiteri hanc eſſe deorum ſuorum impotentiam:vt violenter ꝛ inuiti de dignita= tibus ſuis atq; dominationibꝫ in tanta infortunia deturbentur Preterea. Quis erit iſte violentus deiector eorum:neceſſe eſt in/ dubitanter ip̄m eſſe potentiorem·ꝛ circa hoc multe patent tibi vie·qa iniuſte hoc facit ille: aut iuſte. ꝙ ſi iuſte:indigni igitur ſunt dignitatibus ꝛ dominationibus a quibus eijciunt̄. Mul to fortius ergo indigni ſunt : vt in eis ꝛ per eas honorentur. Si vero iniuſte· habent igitur illum vt tirannum ſupra ſe: cuius nunꝙ oppreſſionem patiuntur·quare ſerui illi⁹ ſunt:vel ſpon= tanei:vel inuiti·ꝛ ideo nec dij:nec donum. Amplius. Si a ſe eſt huiuſmodi limitatio ꝛ diſtributio dignitatum·hoc modo ſcꝫ· quia alter alterius poteſtatem minuit : impedit ꝛ reſtringit: & quandoq; adiuuat ꝛ confortat·ſequitur hūc errorem·qđ inter eos ſit pugna ꝛ contrarietas·nihilomin⁹ ꝙ fruſtra ꝛ vane co/ lantur·cum nec in muneribus: nec ſacrificijs:nec orationibus obtineri poſſit ab aliquo eorum:vt adiuuet alterum vel impe= diat·hoc ē inter eos non agitur:niſi ex coniūctionibus:oppo/ ſitionibus aſpectibꝫ·ꝛ alijs que circa hec eorū neceſſitas ſomni auit. Amplius. Quod operātur in rebus humanis planete:ꝛ ſtelle ꝛ luna:in mundo iſto inferiori aut operantur naturaliter aut voluntarie: aut violenter.ꝙ ſi naturaliter ergo non plus adorandi: venerandi vel colendi ſunt pro his: ꝙ ignis pro na= turali calefactione ſua. Si violenter·multo minus:cū violenter bonum:non violenter operanti illud:ſed magis violentiā inſe renti ꝛ cogenti:debeatur· & ꝓpter illud magis adorandum ac

venerandum:ſi alterutrum eorū colendum eſſet·quemadmo/
dum ſi pro bono quod prouenit ex reuolutione mole molen
dinarie·ipſa rota adorāda vel veneranda eſt·multo fortius aq̄
que rotam mouet illud efficere violenta impulſione·imo nul
lo modo rota:ſed aqua Dij ergo huiuſmōi:nullo modo ꝓpter
huiuſmodi bona colendi ſunt. Si vero volunt arte operantur:
aut hoc faciūt voluntate ſola·hoc eſt·nutu ꝛ beneplacito ſolo
ſine motu illo corporali ſuo:aut non·ſi ſic·cum voluntas ꝛ be
neplacitum non pendeant ex locis dignitatū eorum· alioquin
mutabiles eſſent volūtates eorum:ſicut noſtre·ꝛ etiam plus q̄
noſtre.Non enim qa mutamus loca ꝛ ſitus· ideo ex neceſſitate
mutamus voluntates noſtras.Ipſis autem accidit ille miſeri=
arum cumulus ꝛ infelicitatis inquietudo:vt nunqm̄ in eodem
ſtatu quantū ad voluntatem permaneant.Ex hoc eſt quoniā
continue ea velocitate qua intuent̄: mutant ſitus ꝛ loca.Si v̄o
non ſine motu corporali ꝛ operatione:iam ergo non operātur
vt dij:imo vt homines vel animalia.Hec em̄ eſt nobilitas deita
tis ſiue diuinitatis:vt ſolo fauore ꝛ gratia ipſius bene ſit mor=
talibus.Iſti aūt erronei:ponunt deos ſuos indigere motu cor/
porali in opatione:ad hoc vt iuuent cultores ſuos.Manifeſtū
igitur eſt:q̄ large ſit ab intellectu eorū deitatis ſeu diuinitatis
nobilitas:que ex neceſſitate abundantiſſima eſt ac redundan
tiſſima·gratiſq꜡ influens beneplacito ſummo:in eos quos vo/
luerit bonitas.Debes autem memor eſſe:ꝛ reminiſci eorum que
ſupra diximus de bonitate ꝛ malicia deorū:atq꜡ ira ꝛ ꝓpiciati/
one eorum.Si enim boni ꝛ iuſti ſunt: gratis fauent mortalibꝰ
in bono omnium : ꝛ gratis eoſdem adiuuant· ꝛ tanto magis
oderunt acceptionem munerum: omnemq꜡ venalitate꜡ quam
ſancti ꝛ iuſti homines: quanto iſti ſanctiores ꝛ meliores ſunt
huiuſmodi hominibus. Repellunt igitur munera ſacrificiorū
et oblationum ꝛ indignant̄ hominibus offerentibus.Remini
ſcere ergo eorum que ſupra diximuſ circa hoc:ꝛ ſufficient tibi
E Quoniam autem viſum eſt quibuſdam ꝛ temperies aeris
et intemperies: omneſq꜡ generationes ꝛ corruptiones que fiūt
in ſublimi·videlicet pluuias ꝛ grandines:niues:eſtum:frigus:
et gelu.fulgura tonitrua ꝛ coruſcationes:omneſq꜡ aeris paſſi
ones ab ipſis eſſe. Et inſuper generationes animalium ꝛ plan
tarum·non ſolum brutorum animalium:ſed etiam hominum
ſicut dicit Ariſtoteles · Homo generat hominem ꝛ ſol . ꝛ ipſi
aſtronomi ſcripſerunt in libris ſuis· Quia Saturnus primus
operatur in generatione animalium:infrigidando ſcilicet ꝛ co
agulādo ſemen generationis. Deinde Iupiter· Vnde ꝛ poſue=
runt eos et formatores ꝛ figuratores membrorum animalium

Vnde ⁊ Mercurium poſuerunt extenuare linguam et labia: ad expeditionem eloquẽtie. Et Iouem diſiungere duos dentes ſuperiores: ⁊ multa alia huiuſmodi circa figuras et formas animalium ⁊ membrorum ipſorum· quoniam inq̃ ita viſum eſt eis: opinati ſunt conſequenť ipſos eſſe adorandos atq̃ colendos ab hominibus· vtpote formatores ipſorum ac fabricatores· ⁊ vt datores ſerenitatis ipſius aeris: pluuiarum et roris: ceterorumq̃ huiuſmodi ex quibꝰ videť eſca eſſe ⁊ nutrimentum mortalibꝰ· ⁊ quia in rebꝰ vite: homini neceſſarios lumen ⁊ eſca precipua ſunt: magiſq̃ ſalubria: adorãdos eſſe eos putauerũt Ex quibus iſta videantur eſſe in mortalibus. Horum aũt oĩm facilis eſt deſtructio intelligẽtibus modos animalium. Et nũc proſequamur: ⁊ ſingula horum que diximꝰ: ſigillatim ea deſtruentes. E ꝙ ergo eis impoſuerunt aeris contemperationes· roremq̃ ⁊ pluuiam: ceteraq̃ huiuſmodi· nõ cogit etiam ſi verum eſſet· vt ꝓpter hoc debeatur eis cultura huiuſmodi: q̃ idolatria nuncupatur. Si enim naturaliter ab eis proueniunt quemadmodum lumen a calore ſolis: ⁊ calor ab igne: manifeſtum eſt ꝙ non per modum diuine operationis proueniũt ab eis· quare non operanť huiuſmodi operatões vt dij. Propter illas igitur non ſunt habendi dij: neq̃ colendi vt dij. Alioquin et panis ⁊ vinum et medicamenta omnia: ⁊ veſtimenta et calciamẽta: ceteraq̃ vite humane neceſſaria· adorãda eſſent nobis et diuinis cultibus honoranda· cum tam magna bona: tamq̃ ſalubria nobis ab ipſis naturaliter proueniant. Et ita in creaturis viſibilibus ac ſenſibilibꝰ inueniri poſſet ꝙ habende eẽnt deus: colendeq̃ ⁊ vñande vt deꝰ· et tanto magis colende eſſent: ac venerãde: quanto manifeſtiuſ bona magnifica ac ſalubria nobis operantur. Si autẽ nutu ⁊ beneplacito ſolo hec operanť: nobis ergo vbicunq̃ ſint: ⁊ quecũq̃ ſit figura vel ſitus eorum ſiue aſpectus: nihilominus hec operabuntur. Ea enim ẽ excellentia: eaq̃ nobilitas diuĩtatis· vt nͨ ex loco: nec ex tempe pendeat fauor aut gratia ipſiꝰ. Similiť nec ira aut indignatio eiuſdem. Inſuper. Ea eſt imperioſitas voluntatis ipſius: vt nec impediri poſſit ab eo quod vult: nec cogi ad id quod non vult. Quare omni hora: omni loco: omni tẽpore idem poſſunt. Non pendet igitur poteſtas eorum ex huiuſmodi· nõ minus libera eſt: nec nobilis voluntaſ eorum q̃ poteſtas. Ergo nec volũtas eorũ pendet ex hꝰmodi. Fruſtra gͦ explorant aſtronomi loca dignitatum: fortunationes: ceteraq̃ huiuſmodi vel contraria· His modis igitur omnibus apparet· quia aſtronomia aufert eis diuinitatem. diuinamq̃ nobilitatem. Aſtronomi autẽ ſunt qui maxime effectus eorum explorant: ⁊ maxime noſcere dñt

eoſdem:⁊ ipſi pro h uiuſm odi operationibus non diuinam ho
norificentiam eiſdem impendendum dixerunt. Amplius.Egi=
ptus vbi maxime coli conſueuerunt·non habent pluuias ſeu
grandines: vel alia huiuſmodi.Amplius.A tempore quo coli
deſierunt in toto orbe chriſtiano:⁊ regno iudeorum atq; ſarra
cenorum·nihil horum vel imminutum:vel immutatū de plu=
uijs ⁊ roribus·& grandinibus: et alijs huiuſmodi ab antiquo
curſu·niſi forte ſicut ipſi aſtronomi docuerūt de his:atq; ſcri=
pſerunt:aut diuino miraculo.Iuxta illud qđ legitur Ieremie
iij·quapropter prohibite ſunt ſtelle pluuiarū:⁊ ſerotinus im
ber non fuit.Si enim hec beneficia leuitas ydolatrie preſtabat
mortalibus in terris : in quibus ipſa exercebatur·ceſſante illa:
debuerunt ⁊ iſta ceſſare:& anteceſſare·quare vaniſſime impen
debatur cultus ydolatrie dijs huiuſmodi ꝓpter prenominata
beneficia.Amplius.Declaratum eſt in libris metheororum·oīa
hm̄odi·videlicet que fiūt in ſublimi· q̄ ex vaporibꝰ fieri reſol
uente calore a terris ⁊ aq̄s & paludibꝰ: et alijs locis aſcēdūt·⁊
ſm̄ ꝙ magis aut minus frigiditate ⁊ ſiccitate facientibus:coa
gulantur ⁊ congelantur· nunc ex eis nubem: nunc pluuiam:
nunc niuem:nunc grandinem ex his fieri.Similiter ꝙ copioſi
ores:ſubtilioreſq; ſublimiuſq; aſcēdentes·ventos:tonitrua:cho/
ruſcationes ⁊ fulgura:ex colliſione eorū fieri.Ad hoc ergo de=
ducuntur ydolatre huiuſmodi:vt calorē ⁊ frigiditatem:& hu/
miditatem ⁊ ſiccitatem:deificare atq; adorare neceſſe habuerīt·
cum iſte quatuor radicales nature: maxime prenominatas res
operētur·⁊ ſi celum totum cum omnibus ſtellis & luminaribꝰ
ſtaret·nihilominus fieret generatio niuium:pluuiarum:⁊ alio
rum per quatuor prenominatas virtutes.Manifeſtius autem
apparet in operationibus ſublimatōnis aquarum.vt eſt aqua
roſacea·vbi primum ex ipſis roſis : vapor reſoluitur·qui cum
puenit ad ſupficiē interiorē oculi ipſiꝰ vaſis in q̄ hm̄odi ope/
ratio fit:coagulať in nubē denſam· deiñ in guttas ſeu ſtillas:q̄
paulatim defluentes:ad ipſius operculi conueniētes atq; deflu
entes·riuulū faciūt.Ibi em̄ ex calore vapor:ex vapore nubes:ex
nube ſtille pluuie.ex ſtillis(vt diximꝰ)defluētibꝰ tandē riuulis
Et nunquid ꝓpter hm̄odi operatiōē neceſſe eſt vt deificemus
ignē ſub ternas ſublimationis calentē·aut operculū vaſis vel
ſuperficiē eiꝰ vaporē huiuſmodi in ſtillas pluuie coagulantē
q̄ſi pluuie datorē·pſertim cū hec pluuia aque ſc; roſacee: mul
to pcioſior ſit q̄ pluuia cōmunis aque.Quis autē dubitat·qn̄
frigiditas aeris in ſublimi id faciat de nubibꝰ coagulando eos
in pluuiam qđ ſuperficies huiuſmodi vaſis de vapore roſarū

Manifeſtum igitur huiuſmodi errores: omnino ignaros eſſe
rerū naturalium· ⁊ ꝓpter hoc merito deſipuerūt ⁊ cognitione
diuinalium· ⁊ cum omnino non cognouerunt modos genera
tionis nubium: pluuiarum: ceterorumqꝫ huiuſmodi· non eſt
mirum ſi errauerunt modos generationis animaliū. Qꝺ ergo
poſuerūt deos huiuſmodi formatores: figuratores: intollerabil'
dementie eſt. Manifeſtum enim eſt animalia ex inuicem ⁊ ab
inuicē generari pro parte· alia vero ex materijs· fabricatio aūt
et generatio impoſſibile eſt vt dicantur de eodem. Nemo enim
dicit ſtatuas generari· neqꝫ vaſa que formantur vel figurātur
quolibet modo· ⁊ generaliter vbi fabri ſiue fabricator: eſt nec
pater nec mater· neceſſario eſt nec generatio. Statue nanqꝫ ( vt
diximus ) contente ſunt fabris ſuis ⁊ fabricatiōe. Nec genitorē
requirunt: aut generationē· quare nec patres nec matres eſſent
in animalibus: nec generatio. Manifeſtum igitur eſt deos hu/
iuſmodi: nec fabricatores eſſe: nec formatores corporum anima
lium. Amplius. Qꝺ celeſtia corpora dant formas ⁊ figuras ho=
minibus ⁊ ceteris animalibus· aut hoc eſt per virtutem corpo
ralem: aut per virtutem ſublimiorē atqꝫ nobiliorem. Qꝺ ſi fuit
per virtutē corporalem: tunc non debet hoc eſſe niſi per formas
et figuras ipſorum· quemadmodum ſi calidum imprimit ca=
lorem per virtutem ſuam corporalem ex neceſſitate· hoc eſt· per
calorem ꝓprium: & ſi frigidū frigiditatem: ⁊ ita de alijs· quare
celeſtia corpora· hoc ē ſtelle ⁊ luminaria· ⁊ celi ipſi imprimūt
formas ⁊ figuras animalium ( vt dicunt ) nec imprimunt eas
niſi per formas & figuras ſuas. Corpus autem generaliter qꝺ
per formam aut figuram ſuam format aut figurat aliud· non dat
ei niſi formam ⁊ figuraꝫ qualem habet· ſicut vas aquam quā
continet: ⁊ ſigillum cere cui imprimitur· quare omniū anima=
lium forme & figure ſperice eſſent: cum forme celeſtium corpo/
rum omnes ſperice ſint. Qꝺ ſiquis dixerit· quia maleus ⁊ incus
non habent formas aut figuras: quas vaſis fabricatiōe impri
munt. Reſpondemus. quia male9 ⁊ incus non imprimunt hu
iuſmodi formas aut figās niſi per partes· ymo particulas hu=
iuſmodi formarum aut figurarum: habent diuiſim aut parti/
culatim: non in totalitate qua apparet in vaſis· licet inſtantia
iſta ſophiſtica ſit ex modo aliquo. Per violentiā enim eſt ope
ratio fabricionis: ⁊ per aggregationes multas particularium
operationum: & non per virtutem ſolam malei ⁊ incudis· ict9
autē agens· anima etiā frabricātis in q̄ anima forma eſt: cuius
ſilitudo vaſi imprimit̄· & per formaꝫ illam agit fabricator: ideo
ſilitudo eius imprimit̄. Eodeꝫ mō neceſſe eſt eā eſſe in corꝑib9
celeſtib9· ſcilicet per formaſ aut figuras ſuas fabricanti· hoc eſt

formanti ⁊ figurāti animalia.Amplius.Huiuſmodi operatio in celeſtibꝫ corporibꝫ:aut naturalis erit aut voluntaria eſt cū violentia apud deos locū nō habeat. Qꝫ ſi fuerit naturalis:cū omnis operatō naturalis ꝑ ſilitudinem ſit·vt dicit Ariſtoteles ſi ꝑ formas aut figuras ſuas eſt huiuſmōi operatio:ex neceſſi=tate non imprimēt niſi formas ⁊ figuras ſimiles ſuis·hoc eſt· ſpericas.Qꝫ ſi ſit voluntaria non erit ergo a parte corporeitatꝰ ipſorū·hoc eſt per virtutem corporalem. Voluntas eñ ſpūalis eſt virtꝰ·⁊ ꝓpter hoc diuinitas nō erit in eis nobilitas corporū ſed preſidentia huiuſmodi corporibꝫ animarū: quas quidam eorum vocant animas angelicas.Huic aūt errori cōtradicitur ꝑ omnes vias:quibus ſuperiꝰ contradiximus ydolatrie ſpiri/tuum.Ampliꝰ.Si naťales ſunt operatōnes celeſtiū corporum hoc eſt·celorū:ſtellarum ⁊ luminū· natura aūt ſemꝑ operetur ad modū ſeruientis· ⁊ ꝓpter hoc ſimiliter manifeſtū eſt·q̄a ex his operationibꝫ non debuerunt haberi vel reputari dij·qué=admodū ex ſeruitute nemo dēt reputari dñs:nᶜ ex nigredine albꝫ:nec ex calore frigidus.Iam ergo declarauimus tibi in hoc nō ſolū errorem q̄ predictas ſubās opinati ſunt deos·ſed etiaꝫ deliramētum ridiculoſum:q̄ ex ipſa ſeruitute:ipſos eſſe dños putauerūt. Et inſuper·quia in operationibꝫ naťalibus que nō niſi ſeruitutes eſſe pñt:omnino ceci fuerūt.Eſt·n·ex neceſſitate ſemper ſublinis ⁊ imperioſa vera diuinitas:ex neceſſitate inq̄m eſſentie ſue.Ipſi aūt extremam oīm ſeruitutum ⁊ diuinitatū in huiuſmōi celeſtibꝫ ſimul eſſe arbitrati ſunt. Extrema q̄ppe oīm ſeruitutū:ſuitutis eſt nature·⁊ hoc eſt q̄a longiſſime eſt a libertate:⁊ maxime drñtie ad illā Operatio eñ naťalis ignis videlicet calefactio:nihil oīo habet in poteſtate ignis·Non eñ eſt ī igne vt plus vl' minus vel aliť calefaciat: vel nō calefaciat vl' vt q̄nq3 calefaciat:q̄nq3 non.Sed neceſſe hēt ⁊ q̄ntumcunq3 pt:& q̄litercunq3 poteſt·⁊ quicq̄d poteſt.In nullo aūt genere ſeruorū reperiri pt iſta vniuerſalis neceſſitas· videlicet vt nihil poſſit detrahere vel addere cuicūq3 operi ſue virtutis·q̄re manife ſtū eſt ſublimitatē diuinitatis iſtos deieciſſe in infimū ſeruitu tis:⁊ giunxiſſe in eiſdem ſubſtātijs duarū contrarietatū extre/ma·videlicet vltimū ſublimitatis:⁊ vltimū inferioritatis:& vltimum imperioſitatis:⁊ vltimū ſeruitutis.Vltimū·n·ſublimi=tatis:⁊ vltimū impioſitatis:diuitatis ſunt eſſentialiter ⁊ incō=municabiliter ꝓpria·q̄re impoſſibile eſt cōñria eorū ad ipſam attingere.Ampliꝰ. Si naťales ſunt huiuſmodi operationes:cū vnius ſubiecti:vna ſit natura · erit ex neceſſitate tanta diuerſi=tas atq3 multiplicitas operationum·non per ſe ex huiuſmodi ſubſtantijs:ſed per accidens ⁊ a caſu.Vnius enim:& per vnam

naturam ſuã naturaliter operant⁹: vna eſt p ſe operatio ſemp· quare ſi multiplicentur: aut diuerſificentur operationes· erit hoc per accidens ⁊ a caſu. Iſte ergo operationes q̃ fiunt in mũ do iſto inferiori: aut fiunt omnib⁹ diis huiuſmodi communes· videlicet· vt eas ſimul operẽtur ⁊ concorditer atq; naturaliter aut ſingulis ſunt ꝓprie. Vtrumlibet autem iſtorũ ſic nihil mutabitur de curſu mundi iſti⁹ inferioris per ipſos· nec habent in poteſtate aliquid mutare: poſtq̃m naturaliter: ⁊ ideo ſeruiliter operantur. Siquid ergo meliorationis in rebus humanis vniuerſaliter ſiue aliter ex hominib⁹ conting ͭ· non erit hoc ex virtute vel intentione deorum huiuſmodi: ſed erit ex accidente & a caſu· ⁊ ita nõ erit eis imputandũ: ſed caſu aut fortune· quare non erit deorum beneficium reputandum. Similiter neq; ſiqd deteriorationis aut aduerſitatis cuiq̃ꝫ hic contigerit: eorum ire imputãdum erit. Nec bona igitur: nec mala rerum humanaꝝ deorum gratie vel ire imputanda erunt. Quare ꝓpter hoc. nec venerandi: nec placandi ⁊ ideo nec colendi:· G ꝙ ſiquis dixerit· quia corpora huiuſmodi: colenda ſunt & veneranda a mortalibus· pro eo etſi non auctores ſint mortaliũ: nec fabricatores· tamen inſtrumenta ſunt fabricatiõis ⁊ formationis eorũ diis mortalibus. Idem eſt: acſi diceret· ꝙ non ſolus figulus adorandus eſſet a fictilib⁹: ſed etiam rota ipſius. Ex quo ſequitur ꝙ ⁊ limus· qua de cauſa: & omnes cauſe mortalium· potiſſime quatuor que p̃cipales ſunt: adorande erunt ex neceſſitate mortalibus. ⁊ ita materialis & formalis: que ſole cauſe eſſenciales ſunt· hoc eſt· de eſſencijs cauſatorũ. Adorabit ergo vnuſquiſq; mortalium corpus ſuum: quod eſt cauſa eius materialis· ⁊ animam ſuam: que eſt cauſa eius formalis. Ex quo etiam ſequit̃· qđ tenetur colere ⁊ adorare ſingulas ſui partes: cum ſingule partes cauſe ſint toti⁹. Manifeſtum igitur eſt ex his· ꝙ cauſalitas per hoc qđ eſt cauſalitas: non cogit cauſatum ad debitũ orationis: ⁊ cultus cauſantis. Relinquitur ergo· vt q̃dam cauſalitas: ⁊ non omnis. Non enĩ naturalis cauſalitas (vt diximꝰ) nec violenta: nec voluntaria: niſi ſublimis ⁊ nobilis. Sublimis hoc eſt libere: ⁊ ſublimis: nobilis in impedibilis poteſtatis. Nobilis. hoc eſt gratuite: ⁊ nulla ex parte venalis bonitatis hoc enim eſt cui ſe totum ſemper debet cauſatum. Ampli⁹. Cum non debeatur cultus: niſi ratione diuinitatis. Cauſa enim debendi cultum per ſe: aperte eius cui debetur: ſola eſt diuinitas Quare ſi a parte corporũ hoc eſt· ratione corporeitatis ſue deberetur prenominat⁹ ſubſtantijs cultus huiuſmodi: ex neceſſitate eſſet eis a parte corporeitatis ſua diuinitas. Quare nihil eſſet eis nobilius: q̃ꝫ ipſa eorum corporeitas: ⁊ ita nec animate eſſent:

nec viuentes. Incompabiliter igit̃ minꝰ nobilis eſſent cultoꝛibꝫ
ſuis· qui vtiqꝫ ⁊ viuentes ⁊ intelligentes ſunt naẗaliter· et pro=
pter hoc incomparabiliter magis reputandi ſunt dij: ⁊ magꝰ
adorandi atqꝫ colendi a prenominatꝭ ſubſtantijs ꝙ econuerſo
Amplius. Nec coꝛpora mera· hoc eſt inanimata a parte coꝛpo=
reitatis ſue poſſũt noſſe vel diligẽ: vel odire cultoꝛes ſuos· q̃re
a parte illa nec placari: nec iraſci: nec vl̓lo gñe affectionis mo=
ueri in ipſos cultoꝛes. Non autem impendendus eſt ei cultus:
niſi ꝓpter impetrandum fauoꝛem vl̓ placandam iram. A parte
igitur illa: nullus eſt ei cultus impendendus. Nec opoꝛtet nos
laborare ad deſtruẽdum cultum ydolatrie: in coꝛporibus oĩo
inanimatis· cum verba prophetarum ad hoc per ſe ſufficiant:
et omni intelligẽti intelligibilia adeo ridiculoſis ſit: vt qui il'ũ
exercent· non ſolum pena indigere: ſed ſenſu etiã carere penitus
videantur. Adoratoꝛ em̃ lapidis ⁊ ligni: ſeu cuiuſcunqꝫ alterꝰ
huiuſmodi: ipſa adoratione confitetur ⁊ teſtificatur viliorem
ſe eſſe ligno ⁊ lapide. Et ꝓpter hoc adoratoꝛ lutee imaginis: lu/
to viliorem ſe eſſe confitetur. Conſequenter autem ⁊ vitam ⁊
animam: ⁊ intelligentiam ⁊ ratiõꝫ ſe habere negat. Ipſa q ꝓpe
adoratione huiuſmodi: confitetur ſe nihil nobilius eſſe vel ha
bere: ꝙ ſit illud quod adorat· ⁊ ꝓpter hoc ꝯfiteẗ ſe nõ eſſe hoĩeꝫ·

¶ De Ydolatria elementoꝛum· ⁊ primo ignis· ¶ Ca. ·III·

Oſt hoc loquamur de ydolatria elementoꝛum. Cuius
pars prima: eſt cultura ignis. Secunda cultura aeris·
Tercia cultura aque. Quarta cultura terre· A Et
ydolatria quidem ignis in Caldea: vigebat tempore Abrae pa
triarche· quem iuxta traditiones hebreoꝛum: babiloni virum
exurere volentes: in ignem miſerunt· pro eo qđ ignem colere
deteſtabatur. Vnde illeſum eum omnipotens deus ſeruauit: ⁊
de igne liberauit· vtpote cultoꝛeꝫ ſuum· Et hoc eſt quod aiunt:
qđ iam crebro legitur in ſcripẗa ſacra: ꝙ Adam liberauit deꝰ
de hur caldeoꝛum. Hur enim interpretatur ignis· expreſſe aũt
dicit Eſdras in nono: ⁊ Neemias in oꝛatione ſua ad deum. Tu
ipſe domine deus: qui elegiſti Abraam: ⁊ eduxiſti eum de igne
caldeoꝛum. Ꝙ autem ignem coluerit vanitas ydolatrarũ: ex=
preſſe legitur Sapientie· xiii· vbi dr̃ de ydolatrꝭ ꝙ nec operibꝫ
intendentes: agnouerunt quis eſſet artifex· ſed aut ignem: aut
ſpũm: aut citant aerem: aut girũ ſtellarum: aut nimiã aquam:
aut ſolem ⁊ lunam· rectoꝛes oꝛbis terrarum deos putauerunt·

B Quid autem ad iſtā inſaniam induxerit: non parū habet dubitationis ⁊ admirationis. Si enim iſtum quem colebant: intelligebant ignem elementum: qui vtiq̧ corpus mortuū eſt: id eſt vita carens· ⁊ omnino inanimabile ⁊ inuiuificabile: non videmus quid ad hoc eos inducere potuerit: niſi operationes que ex igne ſunt ⁊ q̄s ſibi attribuerunt. Calorem enim vitalē: qui vita quedam eſt: ſeu cuiuſdā vite principium illi attribuerunt· dicentes exinde eſſe calorem huiuſmodi. Ex illo etiā dicebant eſſe lumen: ⁊ alias innumeras vtilitates· quia ex operationibus caloris proueniunt· qua inſania vero igni: quem videbant ab aqua quotidie extingui· ⁊ ſubtractione lignorū: aut alterius materie deficere: diuinitatem attribuerant: non eſt facile videre. Non enim veriſimile eſt: vt deum eſtimarēt id eſſe· qđ tam facile extingui: tam cito deficere conſpicerent. De igne vero elemento: qui ſupernatat aeri· ꝙ illum colerent: quē omnino non videbant: non eſt veriſimile. Qualiter eñ innotuiſſet vulgo corpus huiuſmodi: quod vix a philoſophis inuentum eſt. Verum ſiquis pauloante dictas inſanias eorū cogitat: nō mirabitur ſi etiam in iſtam dementiam inciderunt. Qui enim potuerunt credere lignum incombuſtibile: ⁊ imagine luteam tam facile confringibile deū eſſe· non eſt mirum ſi eouſq̧ delirare potuerunt vt ignem crederent deum eſſe: cuius virtutē videbant fortiſſimam: ⁊ operationes eius neceſſarias ac ſalutares Illuſtrationibus autē ⁊ aliis ſuperſtitionibus que fiebant p ignem vel ad ignem · non eſt dubitandum ludificationes multas fieri· ſicut falſas ſanationes paruulorum: quibus ⁊ ſua debatur: ⁊ firmabatur credulitatis iſtius dementia: ⁊ ſuperſtitionis iſtius obſeruantia· cuius apud nos multe extant reliquie. et plures apud ydolatras. Quicquid enim vitule inſenſate cōſulunt fatuis mulieribus: vel pro ſe: vel pro liberis ſuis de trāſiliendo igne: ad tranſiliendum ignibus: vel de accipientibus torribus ex tribus vel ſeptem ignibus: vel alio quocunq̧ numero ignium ſeu focorū· totum eſt de reliquiis ydolatrie iſtiꝰ et de viis amorrei. Siṁ ⁊ ꝙ foci fuerūt ex oſſibꝰ tempore ſolſticii· pro q̄ vulgꝰ hoc facit in natiuitate beati Iohānis baptiſte. Ꝙ eñ hoc fieri credunt quidā in memoriā cōbuſtionis oſſiū. beati Iohannis baptiſte mirū eſt. Nec eñ veneratio eſt ſancti Iohannis ꝯbuſtio oſſiū canū ⁊ equorū· nec ipſi qui hoc faciūt: hoc pretendūt. Preterea a pueris et inſipientibꝰ fit hoc ſolum Ampliꝰ. In multꝭ locis fiūt hꝰmodi foci de ſolis lignis· preterea luſtrationes ⁊ tō ſupſtitioſitas fere q̄ de hoc remāſit apud nos

fit in huiuſmodi ignibus·⁊ maxime creduntur ignes illi virtutem habere·vnde tranſilitiones ⁊ circuitiones eorũ:fiunt maxime in hac nocte.Nonnullis aũt viſum eſt:ad ſacra ſolis talia pertinere.Ad hãc ſuperſtitiõꝫ pertinent foci illi:quos in eadem nocte facere conſueuerũt in quibuſdam regionibus homines Exeunt enim ad montana: geſtantes faculas accenſas·quam ſuperſtitionem non eſt dubium ad ſacra ignis pertinere·licet culturam ignis non intendant:qui hoc faciunt. Eodem modo et foci:q̃ fieri conſueuerunt in vigilijs epyphanie:q̃ eſt quinta dies Ianuarij:per quos credunt inſipientes ſe extinguere:⁊ exterminare peſtiũ incendium·⁊ hoc etiam ritu ortũ habuiſſe videntur combuſtiones mortuorum:quibꝫ conſueuerunt comburi:maxime magnates.Qđ ergo veriſimile ẽ de hoc ſupſtitioſo ritu·hoc eſt· ꝙ ignis dicebatur tam ipſum corpꝰ igneum vel ignitum:ꝙ ipſe ſpiritus quem credebant deum ignis: cuiꝰ nomen dicitur induſtria:preterimꝰ.Quemadmodum cupido et ipſe amor:⁊ deus amorꝭ: dicitur ⁊ thetis·qm̃ ipſum mare ⁊ dea maris vocabat̃.Quemadmodum ergo neptimus:⁊ thetis in mari colebantur·ſic ⁊ iſtum in igne: queadmodum ⁊ illos in mari:tanꝙ deum ⁊ deam maris·ſic iſtum in igne:tanq̃ꝫ deũ ignis.Et generaliter vnuſquiſqꝫ deorum:ĩ eo colebatur quod ad dominationem ſuã pertinere credebatur·vt dyana in ſiluis et lares atqꝫ penates:in laribus ⁊ penatibus.Et habuit ortum ex hac ſuperſtitione :ludificatio piromancie·hoc eſt·diuinacõ in igne que vel ex ſonitu ignis : vel ex figura linguarum eius fieri ſolebat·⁊ hoc maxime ĩ ignibus: qui propter huiuſmodi culturam fiebãt.Et hec diuinatio ſicut alie: pro parte cauſam dedit ydolatrie:ſicut ſupra tetigimus.Inualuerat autem adeo in terra Canaan:⁊ in egipto:⁊ in vicinis regionibꝫ·vt neceſſe fuerit eam prohiberi tam crebro.⁊ tam diſtricte in lege hebreorum.⁊ ad eã recurrebant.maxime pro leſionibꝫ que ab igne proueniebant·vel ſanandis· vel precauendis·quaſi libera virtute ſua ignis:vel lederet vrendo:vel ſanaret a leſione ceſſando Iam aũt declarauimus·quia operatio ignis in vrendo vel calefaciendo:non ſolũ ſeruilis eſt:ſed etiam extreme ſeruitutis:⁊ in quam nihil omnino poteſtatis habet ignis· ⁊ ꝓpter hoc longe a nobilitate ⁊ ſublimitate diuinitatꝭ in vltimo elongationis·q̃ deſtructio ſufficit hãc ſuperſtitionem ſubruere.De ipſo vero ſpiritu:quem ponebant principem ⁊ deum ignis·quid habeat veritas·vtrum videlicꝫ ſit: an aliquis ſpũs ſiue princeps ignis qui preſit ei:⁊ regat eum·⁊ de alijs elementꝭ ſimiliter:ad aliũ tractatum pertinet:cui ⁊ hoc reſeruamus·verum ꝙ huiuſmõi ſpiritui cult̃a:idolatrie impendenda nõ ſit:iam in precedentibꝫ

declarauimus. Manifeſtum autem eſt· ꝙ ignis magis adorare deberet paleas ⁊ ſtipulam: & ligna arida: et folles ⁊ inflationes earum· ⁊ cineres quibus tegitur ne extinguatur· q̄m adorari a quoq̄m· Ab his enim ⁊ ex his generatur: & per hec ſubſiſtit. Amplius. Non magis parceret ignis adoratoribus ſuis: ꝙ̄ extinctoribus· eque enim vtroſqꝫ exureret: ſi vterqꝫ in eum mitteretur Videtur enim Eraclius philoſophus huiuſmodi ſuperſtitiōis auctor extitiſſe· qui nec virtus eſt: nec erubuit ponere principium rerum ignem eſſe· preuexerunt iſtam ydolatriam: quicunqꝫ crediderunt celum ignem vel igneū eſſe. Celo enim & celeſtibus: diuinitatem attribuit antiquitatis vanitas· ſicut ⁊ eternitatem: que nō eſt niſi vere diuinitatis· & in his nō oportet nos amplius immorari·

C

## ¶ De Cultura aeris deſtruenda·

Eri vero ſimiliter culturam impendit antiquitas: que et diuinitatem ſimiliter de eo credidꝰ inſania hominū perditorum: que ⁊ principiū rerum ipſum eſſe delirauit (ſicut ſupra oſtendimus ex·xiij·Sapientie) que etiaꝫ vitam nos habere ex ipſo ⁊ per ipſum ſomniauit: propter ſpiratiōeꝫ et reſpiratōnem. Deinde quia nubes ⁊ pluuias & rores ipſum miniſtrare creditur· ex quibus fruges ⁊ fructus & vegetabilia viuere ⁊ nutrire ac creſcere videbantur· ipſum tonitruum etiā vocem eius eſſe credebant· & quia adeo terrificum erat: ipſum opinati ſunt eſſe vocem dei minantem mortalibus: ⁊ iram eius nunciantem· quam ſequentia fulgura nō placarentur: iudicabant. Error autem iſtorum manifeſtus eſt: ⁊ ignorantia ſimul omnino enim neſcierunt (ſicut ſupra tetigimus) generationes nubium: pluuiarum: ⁊ roris· eſſentiaꝫ vero tonitrui & fulguris nec cogitauerunt. Certum enim eſt· quia tonitruū eſt ſonitus colliſionis ventorum: ⁊ extinctionis ignis in nube· quēadmodum enim qualem ſonitum efficit extinctio ferri candentis in aqua. Fragor ergo ex colliſione eſt ſonitus: ſequens extinctiōꝫ· Choruſcatio ſplendor eſt ignis: qui generatur ex colliſione· Fulgor idem ignis eſt: quam violētia colliſionis deorſum mittit· cui propter acumen ſubtilitatis: & vehementiā caloris: corpora inferiora: nulla duricia ſua reſiſtunt. Adeo autē proceſſit ydolatria quatuor electorum: ꝙ etiaꝫ nominibus eorum virtutem mirabilem attribuerunt: ⁊ ſcribendas & inuocandas eſſe

cauſas anni partibus in maleficis operibus ſtatuerunt. Quia vero vita non minꝰ nutritur eſca q̄ȝ aere· nec minus ea indiget cur non ſimiliter ⁊ omnem eſcam colendam ⁊ adorandā eſſe: non ſimiliter poſuerunt. Magis autem colendus ⁊ adorandꝰ eſſet pulmo in nobis: cuius virtute aere ſic vtimur. Non eni ſe ſponte aer ingerit: ſed virtute pulmonis attractus. Amplius Per violentiam ⁊ motum ſuum naturalem illum attrahimus quare magꝭ violentiam (⁊ vt ita dicamus) rapinam: in noſtra aſpiratione ⁊ reſpiratione patitur: quam preſtet beneficentiā Aliena enim vi ⁊ violētia extrahitur ab aere: quicquid nobis in parte illa acquiritur: ⁊ non eius benefica voluntate. Eodem modo eſt diſputare contra ydolatriam maris ⁊ terre· ſiue ipis corporibus impendat̄: ſiue ſpiritibꝰ q̄s eiſdem preeſſe autumabant· ad quā deſtructiōȝ hic ⁊ p̄miſſa ſufficiūt ⁊ abundant·

## De Idolatria in ydolis· Ca· ·IIII· A

Inc ergo tranſibimꝰ ad ydolatriā. Idolis igitur duobꝰ modis impendebatur cultura· videlicet intdum ꝓpter ſe. Interdum ꝓpter ea quorum ydola erant. Qui enim dixerunt (in· xxxij· Exodi) ad caput vituli aurei qꝺ cōflauerat Aaron· hi ſunt dij tui iſrael: qui eduxerunt te de terra egipti· adoraſſe illum ꝓpter ſeipſum videntur: cu liberatiōȝ ſuam ab egiptiaca ſeruitute attribuebant: q̄ fuit oīm dēciaꝝ extrema·

B Siquis autem querat· quare potius vitulos: vel tunc vel poſtmodum adorauͭ populus hebreorum: qm̄ alterius forme vel figure ydola. Credunt aliqui· quia non intendebat Aaron conflare eis vitulū: ſed de auro liquefacto ⁊ fuſo: vitulꝰ exiuit cauſaliter· hoc eſt preter intentionem ipſius. Nonnulli credūt autem· q̄a pro eo exiuit forma vituli: quod thauri ſignū erat et caput in ortu aſcendebat· ⁊ hi ſunt de opinione eorum qui omnes figuras animalium celeſtibus corporibus attribuunt· Alijs autem videtur: qꝺ formam vituli conflari ſibi petierūt ab Aaron· ⁊ hoc ꝓpter conſuetudinem egiptie ydolatrie: vbi adorabat̄ ſerapis qui in forma vituli ꝯſueuerat apparere egiptijs· et hoc ſonat textꝰ in· xxxij· Exodi· vbi legitur: ita formauit ope fuſorio: ⁊ fecit ex eis vitulum conflatilem: per q̄ verba fortuna et caſus euidenter excluduntur. Alijs em̄ videtur: qꝺ in vitulo illo conflatili colere intenderēt thaurum celeſtem: id eſt ſignū de quo fecimus mentionem tanq̄m̄ ꝓprium ſignum ſuum: ⁊ a quo tota fortuna ⁊ infortuniū eorum penderet. Opinati nanqȝ ſunt aliqui ex aſtronomie profeſſoribus: thaurū ſignum eſſe regni ⁊ legis hebreorum: ⁊ ſaturnū planetam eorum de quo

ſupra ſecimus mentionem. Stelle quoqꝫ Saturni: veneratio et cultura apud hebreos mirabilit̃ inoleuit antiquitus: ⁊ adhuc apud ſpurciſſimas gẽtes ⁊ barbariſſimas. Gog ſimiliter et magog viget: atqꝫ generaliter obſeruat̃: vnde ⁊ lingua ſua vocant eam Marcholon: id eſt ſtellaꝫ deorum. Veriſimilem autem eſt hoc qd̃ in ydolo illo thauri: colentur ⁊ vituli thaurus celeſtis propter ea que dicit dominus Deut°·iiij·vbi cum generaliter prohibeat adorare quantumqꝫ ſimilitudinem·piſcis: volucris: reptilis: q̃drupedis· C Subdit cauſam prohibitionis ſue dicẽs. Ne forte oculis eleuatis ad celum: videas ſolem ⁊ lunam et omnia aſtra celi·⁊ errore deceptus: adores ea ⁊ coles. Veriſimilem autem eſt: ⁊ pietate fidei conſonum: dyabolum nõ permiſſum fuiſſe·vt de alterius aĩalis ſimilitudine adorãda ꝓpl̃m illum temptaret: ſicut nec per aliud animal primos parẽtes q̃ per ſerpentem·hac de cauſa·videlicet·vt verba ſerpentina deſpecta haberent·⁊ pomum ore ſerpentino ſibi porrectum ⁊ oblatũ exhorrerent magis venenatum. Illud autem atqꝫ mortiferum ꝙ ſalutare vel vtile ſuſpicantes. Sic ⁊ in ydolatria noſtri temporis ſub forma catti nigri vel bufonis apparere permittit̃ lucifer cultoribus ⁊ adoratoribꝫ ſuis: ⁊ ab eis exigere deoſculatiõs alteram abhominabileꝫ videlicet ſub cauda· alteram honorificã bufonis ſcilicet in vere·vt ipſa abhoĩatio ⁊ horror huiuſmodi formarum eos a tanta veſania auertat. Similiter cum animal videlicet·bouem viuũ ſibi tam offenſe ſeruire conſpiceret: imagini eiuſdem mortue ſeruire erubeſceret·dummodo feditati huiuſmodi animalis ſe tanto imperio dñari conſpiceret: vt ipſam et viuere ⁊ mori vſibus ſuis videret ſimilitudinem eius: que ea incomperabiliter inferior ac vilior eſt ſubijci tam impia ſeruitute dedignaretur·vel ꝓpter hoc·quia ipſum ſerapin cultoribꝫ ſuis egiptiacis nihil auxilij vel preſidij ferre potuiſſe pauloañ cognouerant. Culturam eius vtpote vanam ⁊ inutilem declinarent·quocũqꝫ aũt modo adorent̃ huiuſmodi ydola: hoc eſt: ſiue ꝓpter ſe: ſiue ꝓpter celeſtes formas: ſiue propter ſpũs ĩ eis dantes reſponſa. Iam deſtructa eſt ydolatria eorum. Poſtq̃m declaratũ eſt·quia nec ipſis ſpiritibꝰ: nec ipſis formis celeſtibꝫ: impendi debet· Declaratum eſt etiam cum hoc: quia nᶜ alicui impendẽda eſt ꝓpter illã. Si em̃ impendenda eſſꝫ illis ꝓpter illa multo magis illis impendẽda eſſet·quõꝫ ꝓpter q̃d vnunq̃dqꝫ tale: ⁊ illud magis. Ꝙ autem ipſis ydolis in ſe vel ꝓpter ſe impendendum ſit: quod veritati cuius ydola vel imagines ſunt·

impendendi inq̄m de his que ſunt honoris ⁊ veneratōnis: qui credit conſeq̄nter habet neceſſe meliorem eſſe incomperabiliter ſimilitudinem ipſa veritate ⁊ ſignum rei. Et a pictura vel ſcul ptura querendum eſſe auxilium: quod nec ip̄a veritas p̄ſtare poteſt. Poſſet aūt mouere aliquem: ꝙ ipſa idola terrifica ſunt et aſpectu ſuo terrorem inducentia hominibus: maxime de nocte ⁊ ſolum quibus tamen quorū imagines ſunt: nullum ter/ rorem concuterent. vnde terror huiuſmodi ſi nulla eſt virtus: niſi a parte materie ſue. Et nos reſpondemꝰ in hoc: ꝙ ſi huiuſ= modi terror deberet quenq̄ inducere ad orationem idolorum: induceretur multo fortius ad orationem corporum mortuorū. Non ergo virtꝰ numinis terrifica facit idola vel homines mor tuos: ſicut nec ſerpentes ſed horret natura humana: mortem in cadaueribus mortuorū: ⁊ mortis ſimilitudinem in idolis. Alibi autem cauſas alias in hoc aſſignabimus:

## De Idolatria imaginum. Caplm. .V.

A

Onſequenter autem his deſtruamus idolatriam imaginum ſ̄m omnem modum ⁊ faciemus ſciri quantū errauit Mercurius: qui eos deos facturꝰ mentitus eſt et virtutem deitatis eis attribui ⁊ declarabimus verbum illud apoſtoli: quod legitur ī. vij. p̄me ad Corinth. ꝙ idolum nihil eſt. Iam autem deſtruximus in precedentibus quia imagines iſte iuxta duos modos intelligantur. Alias eīn poſſent habere ſpiritus inhabitantes: de quibus multa legimus in geſtis ſanctorum ſicut de Aſtaroth ⁊ de Berith. Alias vero virtutem di/ uinam adeptas ex verbis quibuſdam & aromatibus: quaſi ex quadam conſecratione ⁊ de primo quibus modo querimus ab eis qualiter ſpirituſ inhabitare huiuſmōi imagines. Si eīn ſpiritus huiuſmodi vel corporei ſunt vel corpora cū imagines iſte omnino ſolide ſint ⁊ nihil concauitatis habentes. Mani/ feſtum eſt impoſſibile eſſe habitationem q̄ ponunt ⁊ hoc eſt. quoniam corpus non intrat corpus nō habens aliquid vacui vel concauitatis: quin faciat diuiſionem continuitatis ipſius. quare frangi vel diſſolui neceſſe eſſet huiuſmodi imagines in ſubtractiōe huiuſmodi ſpirituum. Si vero ſpiritus ſint incor/ porales ⁊ omnino impartibiles tunc manifeſtum ridiculū eſt ponere habitationem eorum in corporibus: huiuſmodi eīn ſpi ritum in corpore eſſe localiter: error eſt ſine intellectu. Nec pn̄t dicere quia ſunt ſpiritus huiuſmodi in imaginibus iſtis: quē/ admodum anime ī corporibus. Sunt eīn animabus animaliū vires ſeu virtutes ad corporales operationes: q̄liter organa ſiue inſtrumenta. vnde viſus eſt in oculo: ſicut virtꝰ in inſtrumēto

operationis ⁊ anima in corpore· ſicut virtus in inſtrumēto vniuerſali omnium ſuarum operationum · omnium inquam q̄s habet exercere per id quod animat. Huiuſmodi enim ſpiritus nihil operantur per huiuſmodi imagines:vt per organa. Vnde non mouent labia vel linguas huiuſmodi imaginis que dant reſponſa:⁊ videntur loqui hominibꝰ·quare nec membris imaginum vtuntur:nec organis. Non igitꝰ habitant ibi vt virtutes in organis·hoc eſt·vt operantes in illis vel per illas·quare ſuperuacue ſunt eis huiuſmodi imagines quantū ad operationes· et magis ſuperuacue quantum ad inhabitatōnem·cum nullo corporali habitaculo indigeant:nec eo etiam vti poſſint vt habitaculo·q̄re manifeſtum eſt huiuſmodi imagines nihil aminiculi preſtare ſpiritibꝰ·vel ad danda reſponſa:vel ad alia que ſpiritus cultoribus ſuis facere videnꝰ ⁊ ꝓpter hoc ydola nihil eſſe in virtute vel operatiōe manifeſtū eſt·ſed hoc ſolū reuera efficiunt·quia honori ac venerationi ſunt ſpiritibus:quorum cultui facte ſunt. Declaratum etiam eſt in hoc·q̄a nec in ipſis nec per ipſas loquūtur ſpiritus: vel quicq̄m operantur·⁊ ideo verbum inhabitationis:id eſt qđ dicunt huiuſmodi ſpiritus inhabitare ydola apud huiuſmodi homines: verbum eſt ſine intellectu· cum in parte iſta non intelligant quid loquuntur·

B Similem errorē habet verbum recluſionis ſpirituū:quo dicitur Salomonem incluſiſſe omnes demones in fiola vitrea et ꝙ recludi creduntur in ſpeculis:annulis:lapidibus·qđ quidem nulla conſignatiōe:nulla clauſula:nulla obſtructione vel obturatiōe adituum fieri poſſet·certum eſt in ſubſtantijs oīo incorporalibꝰ. Similem autem imbecillitatem intellectus habuerunt erronei:qui animarum humanarum immortalitatē deſtruere opinati ſunt· per hoc quia ſi includeretur homo viuēs in vaſe ferreo:nullam habentē rimulam:nullā aperturam:nullum omnino foramen·cū huiuſmodi hominis anima non haberet:inquiūt qua exiret· ex neceſſitate retineretur in vaſe illo nec aſcendere poſſet in celum:nec deſcendere ad inferos. De his ergo manifeſtū eſt·ꝙ imbecilles in cultu fuerunt:⁊ ꝙ longe a cognitōne nature ſubſtantiarum incorporalium ac ſpiritualiū Iam enim declaramus:⁊ loco ſuo latius declarandum reſeruamus·ꝙ etiam corporibus noſtris glorificatis reſiſtere non potuerunt alia corpora·nec prohibere nullo modo motum eorum quin trāſeat per illa:etiam ſine leſiōe ⁊ diuiſione ipſorum per q̄ tranſire contingeret. Quanto fortius ergo aīmas humanas:nec retinē pn̄t corpora:nec nullo mō ꝓhibere:quin eant ⁊ aſcēdant in celū:⁊ deſcendunt ad inferos·ꝑ modū q̊ aſcenſum vel deſcēſum conuenit intelligi de hꝰmodi ſubſtantijs. Ampliꝰ. Cui nō

eſt manifeſtum: ꝙ reſiſtentia huiuſmodi et retentio quas iſti deſidiantes ſomniant: non fit niſi per contactū· nec ipſi eas alit fieri intelligunt. Contactus aūt non corporis ad corpus: manifeſte impoſſibilis eſt· quare manifeſtum eſt eos ponere animā humanam corpoream eſſe ſeu corpus· aut ſomniare contactū: quem nullus intellectus niſi delirus recipit. Amplius. Cū corpori in motu ſuo non poſſit reſiſtere niſi corpus: quomodo ſi naturalibus ſubſtantijs in genere motuū ſuorum reſiſtent corpora: que incomparabiliter infirmiora ſunt ꝛ debiliora ꝙ ipſe: Et quidem (ſicut tetigimus) natura ſpiritualium ſubſtantialiter non facile innoteſcere poteſt hominibus. tam breues intellectus· quia etiam ſapientes ad modicum penetrauerunt illā et nondum profundauerunt· nec tractant aliquem de eadem ſcripſerunt qui ad nos peruenerit: excepto ſolo anecebrō· qui et ſi multa ſublimia: ꝛ longe a vulgari intellectu de eis dixerit et ſcripſerit. Multa ampliora tamen dicēda de eis: ꝛ ſcribenda reliquit. Et ſcientiam de his licet aliquatinus inchoatam: procul tamen a complemento: ꝛ perfectione dimiſit. Debes igitur ſcire· quia verba ꝛ nomina que mot⁹ corporales: et que de corporibus aut corporalib⁹ dicuntur: ſignificant· cum ad huiuſmodi ſubſtantias transferuntur: alijs ſignificatiōibus ꝛ intellectibus eis aptanda et applicanda ſunt. Non em̄ patitur ſpiritualitas ꝛ incorporalitas: earum vniuocationē· hoc eſt· vnitatem vocationis in illis ſicut palam faciemus in tractatu de ipſis·

## De Idolis ꝛ incantationibus varijs· Ca· ·X· A

Vnc autem reuertamur ad id in quo eramus. Et dicamus· quia idolum ſiue imago ī nullo proſus iuuat ſpiritum ad loquendum vl' dandum reſponſum· ſicut in parte videre potes ex hiſ que diximus· ꝛ inſuper per hoc nō minus aperte: non minus clare loquuntur vl' dantur reſponſa etiā ſiue idolis· ſicut in gemmis: ī annulis: in ſpeculis: in vnguibus puerorum· ꝛ etiam ſine hiſ omnibus interdū. Attende aūt ꝙ non dum patefecimus tibi intellectum noſtrum: de hoc qd' dicunt loqui ꝛ dare reſponſa huiuſmodi ſubſtantie· ſed verbiſ vulgarium hominum nos vtimur intellectu noſtro ꝛ intentionibus: preter quas non ſubeſt veritas huiuſmodi reſponſis· nec ſubeſſe poteſt· ꝛ hoc ſciri faciem⁹. Manifeſtum igit̄ eſt iam ex his· quia idolum reuera nihil eſt: in eo ſcilicet in quo credit aliquid eſſe· hoc eſt· in numine vel virtute: locutione: rñſione: oculorum reuelatione: ſeu diuinatione. Illo enim ſubtracto ꝑ ſe: nihil deperit cuiꝙ predictorum· quia nihil auunculi preſtat

ex aliquo quo in ſe habeat ad predicta:ſed ſola veneratio que
eſt in mente adorantis & colentis ydolum:per quam ſpiritus
inducitur in ea que diximus patienda. Unde prudenter deus
altiſſimus non de altero duorū cherubin qui ſtabat ſuper ꝓpi
ciatorium:ſed de medio amboꝝ reſponſa dare voluit filijs iſrł̄
ne daret eis occaſionem colendi alterutrū eorum·medium aūt
ſanctorum:nullam habebat imaginem ꝓpter eandem cauſam
B Siquis autem querat·vnde iſta inſania in animabus hu/
manis:vel in ſubſtantijs ſpiritualibꝰ:vt adorari ⁊ coli appetāt
et etiam imagines ſeu ydola ſibi fieri· ſicut expreſſe legitur de
Nabuchodonoſor in iij·Danielis·qui ſtatuam auream·lx·cu=
bitorum altitudinis:⁊ ſex cubitorum latitudinis ſibi fieri fecit·
et erexit eam in campo durā:ſtatuens edicto publico ſub pena
ſupplicij eam adorari:ab vniuerſis tribubus & linguis ⁊ pp̄lis
qui ſuberāt eius imperio·ita vt qui eam adorare contemnerit·
eadem hora mitteretur in fornaceꝫ ignis ardentis·ſicut legitur
Danielis·iij·ſimiliter ⁊ gaius ceſar precepit ſibi fieri ſtatuam
et eam erigi in ipſo templo domini in hieruſalem : vt narrant
hiſtorie C In quo reſpondemus·quia hoc totum ꝓuenit
ex peruerſitate corruptionis quam diximus· ſicut enim anime
noſtre ex illa peruerſitate: ⁊ capiunt & querunt delectari per=
uerſe qn̄tum ad vim iraſcibilē:ſic peruerſe honorari quātū ad
vim iraſcibilē.Amplꝰ.Innatus ē animabꝰ noſtris naturaliter
amor diuine ſilitudinis ⁊ eiuſdem deſideriū:quod vnuſquiſqꝫ
aſcenſu interiori ſuo accipere poteſt in anima ſua·preſertim vt
amor ⁊ deſideriū beatitudinis:naturaliter nobis innata ſunt ⁊
indita:ſic̄ ⁊ fuga miſerie Beatitudo aūt non eſt niſi ſilitudo ſiue
aſſimilatio creatoris·q̄a igit̄ hunc amorē & deſideriū peruertūt
tenebre atqꝫ corruptio in quibꝰ ſumus·querimꝰ non tam fal=
ſam aſſimilatioꝫ ſiue ſimilitudinē eiuſdeꝫ:ꝙ etiā impiā atqꝫ ſa/
crilegam ſicut falſam beatitudinē in voluptatibꝰ:falſam opu=
lentiam in diuitijs temporalibꝰ ſeu terrenis.Amplꝰ.Si ꝓpter
dationem reſponſorum ſeu diuinationum: quas facere vident̄
huiuſmodi ſpiritus in ydolis:adoranda erunt ydola vel colē/
da·ergo ⁊ gemme que nec ſculpturam.nec picturam habent·
et ſpecula de quibus diximꝰ: ⁊ vngues puerorum:& pelues:⁊
oua:⁊ manubria eburnea cultellorū:adorandi erūt atqꝫ colēdi
D In omnibus enim his:certum eſt ſpiritus dare reſponſa
quare figura mandal ſiue almādel:adoranda erit atqꝫ colenda
et ſpeculum qđ dicitur appollinū maxime:⁊ quo vident̄ dare
reſponſa de preteritis:pn̄tibus:⁊ futuris.Mandal aūt ſiue al/
mandel:fig̃a ex ea eſt quadrangula:q̄ cum ht̄ oēs execratiões

ſuas ⁊ ſuperſtitiones· conueniunt ad eam vt dicunt vniuerſi huiuſmodi ſpiritus obedientes execrabili miniſtro illi⁹ oper⁹ Manifeſtum igiť eſt·quia huiuſmodi locutiones ⁊ reſponſionum dationes:non ſunt cauſe que debent inducere ad cultum ydolorum.Alioquin ea que prenominam⁹:neceſſe habent adorare ⁊ colere cultores ydolorum.Non dum autem peruenit ad nos ꝙ taliū cultura·vel indicta eſſet apud ydolatras:vel nunq̄m ab aliquo obſeruata:·

¶ De Errore mercurij ī ſtatuis adorādis· ¶ Ca· ·XI· A

Vnc aūt procedamus ad deſtruendum errorem mercurij:q̄ poſuit ſtatuas cū illis execrationib⁹ quas ipe vocat ꝯſecrationes:deos facturos eſſe·⁊ humano artificio atq₃ potentia deos effici:attribuens illis virtutes diuinas mirificas:ſicut ſupra diximus.Primūm igiť in ipa ſua radice deſtruamus errorem iſtum:⁊ dicamus·quia omne datum naturaliter magis:eſt apud datorem maius·⁊ omne cauſatū naturaliť ⁊ magis:⁊ maius eſt apud cauſantē·ſicut calor magis apud naturaliter calefacientem· Quare ſi deitas ſeu diuinitas cauſatū naturale eſt:⁊ per ſe humane nature·inſtātiuſ erit ex neceſſitate:⁊ magis ac maior apud humanam naturā naturaliter·quare humana natura ⁊ mag⁹ dea:⁊ maiori deitate naturaliter erit:q₃ huiuſmōi ſtatue·⁊ ideo magis adoranda:magis q₃ colenda.Amplius.Scd̄m hoc non ſolum dea erit humana:ſed etiā deifica·qđ eſt longe magis:longeq₃ p̄ſtantius.Maius eñ eſt eſſe magnificum:q₃ eſſe magnum.Si vero nō naturali ſed voluntarie tantum operatione·⁊ hoc idem eſt mirabili⁹ ⁊ incredibilius·videlicet vt ſolo motu ſue voc⁹ humana natura diuinitatem preſtet ſeu conferat huiuſmodi ſtatuis· nō enim ſolummodo diuina eſt longe ſublimior natura omnis:in cui⁹ nutu ac poteſtate ita poſita eſt diuinitas: vt eam largiri poſſit pro beneplacito ſue voluntatis·quare hominibus edificanda ſunt templa:⁊ impendēda culťe nō ſtatuis·⁊ viceuerſa ſtatue adorare ⁊ colere debent homines ⁊ factores ſuos deificos:et diuinitatis ſue largitores.Ampli⁹.Ipſi credebant hoīes deificari nō eſt autē auditum a ſeculo:ꝙ quis hominum adoret etiam deificatum·quare nec debet audeni nec cogitari a ſeculis:vt deificatam a ſe ſtatuā quis adoret vľ colet.Amplius. Cū longe ꝓpinquior ſit naturaliter humana natura diuine:q̄m aurea ⁊ argentea vel enea·quare ⁊ magis capax diuinitatis ac receptibilior.Si igiť hoc ſtatuis preſtare potuerūt homines:multo fortius a ſeinuicem. Non eſt autem adhuc auditum vľ viſum:ꝙ

homō hominem deiſicauerit illo modo deificacōnis .Quod ſi dixerit·quia virtus iſta non tam eſt humane nature q̃m herbarum ⁊ aromatum.Dixit em̄ Mercurius quia vſi ſunt maiores noſtri ad hec herbis & aromatibus vim diuinitatis in ſe habentibus·ꝓpter hoc merito querimus ab eis·quaꝫ vim diuinitatis credant habere herbas & aromata·aut em̄ intelligant vim creandis diuinitatis aut generande.Manifeſtum aūt eſt·quia creande diuinitatis nō eſt ius alicui niſi creatori omnipotenti·qui eſt deus altiſſimus·creatio em̄ vniuerſaliter opatio eſt ꝓprie dei altiſſimi.Quod ſi dixerit vim ſe intelligē diuinitatis ſcꝫ gñande ⁊ adhuc oblitus eſt ſcientie naturalis in qua declaratum eſt ſubſtantiam impartibileꝫ generari nō poſſe·ſubito em̄ ⁊ non in tempe neceſſe eſt om̄eꝫ ſubſtantiam impartibileꝫ recipe eſſe.quia igit̄ diuinitas id eſt diuina quecunqꝫ ſubſtantia ex neceſſitate impartibilis eſt neceſſario & ⁊ ingenerabilis .Non ſtat ergo ille intellectus vim generād̄e diuinitatis·ſi v̄o dixerit vim ſuſcipiende vt ita dicamus diuinitatis·quemadmodum ī ſemine humano diceret quis vim eſſe humanitatis·nō quidem creande vel generande·ſꝫ ſuſcipiende·quia ex ſemine illo poteſt fieri homo·& hic error ſimiliter manifeſtus eſt·quare nō ex materia nec in materia creabiles ſint diuine ſubſtantie:cum abſtracte ſint a materia ⁊ a cōdicōnibus materiaꝝ:& ab eis naturaliter ſpoliate.Non enim ſunt huiuſmodi ſubſtantie ſicut anime humane·vt corporibꝰ organicis indigeant B Amplius huiuſmodi ſubſtantias ipſemet Mercuriꝰ animas demonū dixit q̃ꝫ moriens noſtri aīmas demonum ſtatuis indiderunt·q̄ locutio nō poteſt hr̄e intencōnem niſi erroneam:ſi em̄ intelligit animas demonum q̄ fuerunt demonum·nō poteſt effugere alteruttꝝ iſtoꝝ duoꝝ incōuenientiū·quin vel morient̄ demones in amiſſis hꝰmodi aīalibꝰ·vel quin hꝰmodi aīe ſimul preſint ⁊ ꝓpis corporibꝰ ⁊ corporibꝰ ſtatuaꝝ.Ipe aūt Mercuriꝰ ⁊ alie ydolatre qui ipos demones deos īmortales appellāt.Ad ſenſum vero manifeſtū eſt vnā ⁊ eandeꝫ aīaꝫ nō poſſe eſſe in duobꝰ corporibꝰ & regē illa·quid ergo intellexit Mercuriꝰ in eo ſermone:n ꝙ ſi intellexit aīas demonum hoc eſt demoniacas·queādmodū ſupiꝰ dixit·ꝙ aīas celeſtiū corpoꝝ q̇daꝫ phoꝝ vocauerunt aīas angelicas·propter ſimilitudinem q̃ꝫ habent ad nobilitatem angelice nature.Si ergo intellexit aīas demonum id eſt de oībꝰ ſiles·& hic error ſimiliter facile deſtruit̄·ſi enim veri nominis aīe ſunt·nunq̃ꝫ ſunt exute a corporibꝰ ṅ p violentiam.Nō eſt em̄ repire corpa ī quibꝰ hꝰmodi aīe nunq̃ꝫ fuerunt.Ampliꝰ vbi erant huiuſmodi anime anteq̃ꝫ ſtatuas intrarent·Om̄es

tum aīe neceſſario creant̄ in corpib9 ſuis·ſic̄ declarat ariſtotiles
Qꝫ ſi dixerit· quia in conſecratione ſtatuarum generantur vel
creant̄·ergo manifeſtū eſt omnia verba quib9 ad hoc vtuntur
malefici ſuꝑuacua eſſe·cū nec ad creationem nec ad generatōꝫ
verba neceſſaria ſint. Iam etiā declarauim9 in p̄cedentibus·qa
impoſſibilis eſt coniunctio quaruncunqꝫ animaꝝ ⁊ ſtatuarū
ſiue imaginum·quōꝫ coniūctio anime ad corpus: non eſt niſi
virtutis ad organum ſuū· & ſic̄ materie ad formā: ⁊ ſicut pfecti
onis ad potētionale receptibile ipſius· ſenſu vero manifeſtum
eſt: nec ſtatuas nec partes earum organa eſſe aliq̄rum operati
onum animaliū· vnde nec agūt nec patiunt̄ in datione rñſorū
Amplius. Confractis: aut reſolutis ſtatuis· aut pereunt aut ꝑ
manent· ſi pereunt· nulla igitur in eis diuinitas· comes eſt enim
inſeperabilis diuītatis immortalitas· Si permanēt vñ nec agūt
nec patiunt̄ in datione rñſorum. Si permanent vero· ⁊ hoc ext̄
corpora· ſi vero anime ſunt: neceſſe eſt ea ridere ad corpora ſta-
tuarum· nec moueantur naturaliter nec moueri pñt. Preterea·
Cum anime innatum eſt diligere corpus ſuū: ⁊ proſpicere ei
circa omnia pericula· videlicet circa igneꝫ: circa aquā: circa gla-
dium: & circa omnem deſtructōꝫ illorum· ſic̄ apparet euidenter
in animab9 animalium: q̄ ab igne corpora ſua ꝑ fugā eripiūt
et ab aliis periculis ſilir. Interdum etiā vel ꝓtendo vel opponēdo
Iſte aūt anime ſtatuaꝝ ſuaꝝ pericl'a oīo non curāt· ſic̄ euident̄
legit̄ in hiſtorijs oīm gentiū· qꝫ vbi templa idoloꝝ exurebant̄
concremabant̄ pariter ⁊ ſtatue· vtpote ab aīab9 ſuis neglecte
neqꝫ eñ effugere potuerūt dij enee: ⁊ ſtatue de troiano exilio·
Nec dij laban cauerūt ſibi a captiore ⁊ furto· cum eos ſecum
detulit Rachel filia ipſi9· ſicut legit̄ Geñ·xxxi· & eiuſdeꝫ·xxxv·
et ex illo illuceſcit tibi intellect9 pħitoꝝ· quib9 dr̄· aures hñt ⁊
non audient· ocl'os hñt ⁊ non videbūt. Non veri oculi ſunt vt
ocl'i animaliū: ſed equoce· ſi eñ huiuſmodi ſtatuas aīe p̄ſtare
non pñt ea q̄ miora ſunt in operationib9 ſuis· videlicet· viſum
auditū & alia h9modi· multo forti9 opatōnes nobiliores ſuas
eiſdeꝫ p̄ſtare nō pñt· q̄re nec ſcienciā nec preſciam futoꝝ. Mer/
curius aūt vocat eas futuroꝝ preſciaſ· quapropt̄ relinquit̄ ex
neceſſitate h9modi aīas q̄s vōuit aīas demonū: nullo mō veri
noīs aīas eſſe. Ampli9. H9modi ſtatue vel viuūt: vel nō viuūt
Qꝫ ſi viuūt· ergo multo forti9 ⁊ loquunt̄· loq̄la eñ & vox non
pñt eē niſi viuētis· C Ampli9. Si nō viuūt· ergo nec vident
nec audiunt· ſenſus eñ ſuꝑ vitā neceſſario fundat̄· oīm eñ aīa
lium opatōm: vita fundamentū ē ⁊ radix ⁊ ꝓpter hoc ſublata
vita. nulla eaꝝ remanet. Manifeſtum aūt eſt declaratū ſciētia
de aīa· q̄ vna eſt ex ꝑte philoſophie natalis· qꝫ p̄uatio audit9.

et priuatio loquele comitantie ſunt inſeparabilis·ita vt qui ſur dus eſt ex neceſſitate naturaliter ſic ꝛ mutus·quare cũ ſurde huiuſmodi ſint ſtatue·erunt ex neceſſitate ꝛ mute·& ita ſine loquela·& ita nec dabunt reſponſa nec predicent futura. Iaȝ auteȝ remouimus ab eis euidenter iſta duo ſigna diuinitatis viȝ predicõneȝ futurorum ꝛ dationem rñſorum·hec aũt erant ꝓpꝛ que maxime colebant̃. Qđ ſi dixerit ħa viuunt iam eſt extra vniuerſitatem erroneorum·non ſolum indigentes intellectu ſed etiã ſenſu·cum nullũ omnino ſignum vite·niſi forte q̃s dicat ꝙ motus corrupcõis in eis apparet a rubigine & putrefactio ne. Corruptio aũt hꝰmodi non eſt ſignũ vite·ſꝫm hoc enĩ oĩa metalla ꝛ ligna arida q̃ putrefactibilia ſunt viuerent. Ampliꝰ ante aduentum hꝰmodi aĩarum iſta ſigna apparebant in his. Amplius enĩ iſta ſunt in his ſtatuis aperte materiarum ſuarum·putre factio ſcȝ ꝛ rubigenatio·& nullatenꝰ apte diuinitatis·Si vo dixerit ſtatuas ipas nõ loqui ſed demones in eis nõ effugiat quin intelligat in ſmoneȝ alterutram duarum intencõnum·viȝ aut ſicut aĩa loquit̃ in corpe hoc eſt ꝑ corpꝰ tamq̃ȝ ꝑ organũ loquele·aut in eis ſicut in vaſe·verbi gr̃a vt in archa vel ĩ alio vaſe. Iam aũt remouimus priorẽ harum duarum intencõnum·per hoc ꝙ organum vocis & loquele neceſſario fit informatione vocis·ꝛ neceſſario fit colliſio aeris in organo loquele ꝛ ſpira/ tio eiuſdem·nihil aũt horum fit in ore ſtatue·quare nõ loquent̃ demones in ſtatuis his ſicut aĩa in corpore per qđ etiaȝ decla= ratum eſt ꝯſequenter ꝙ nec in ſtatuis tanq̃ȝ in vaſis loquent̃ ſicut neqȝ in vngue quem puer inſpicit·neqȝ in ſpata·neqȝ in ouo·neqȝ ĩ pelui·neqȝ ĩ manubrio eburneo cũ impoſſibile ſit in aliq̃ iſtorum ꝑ ſe vocem formare Addemꝰ etiã aliã declaratio nem ad hec ſi vera vox eſſet·neceſſario ꝯmunit̃ audirent eam oĩs aſtantes·quorum noſſe vt auditus eque bene diſpoſicõneȝ & in eadem ꝓpinquitate ſiue diſtantia cum ipſa inſpectõne Manifeſtum aũt eſt·ꝙ ſolus inſpector premiſſorum inſtrumen torum audit vel audire ſibi videt̃ hꝰmodi voces·cum nllus aſtã= tium vel audiat vel ſibi audire videatur·Eodẽ modo & rñſa huiuſmodi ſoli ſacrificantes audiunt vel audire ſibi videntur Plerumqȝ interdum aũt & aput aſtantes ydolorum ſacrificijs· ſimiles illuſiones demones operant̃·ita vt ſibi etiã ipſi rñſorum voces audire videant̃. Quare manifeſtum eſt huiuſmodi eſſe ſicut ſompniantiũ quibꝫ vocum imagines voces eſſe vident̃· vtrum aũt verã voceȝ formare poſſint ꝛ loqui ipſi demones ꝑſe ipſos. Hoc eſt alijs inſtrumentis non adhibitis forſan dubita bit aliquis·ꝛ nos loquimur de hoc loco ſuo ſi deus voluerit·

Concedimus aūt ſane plane· ꝙ poſſibile eſt demonibꝰ in corporibꝰ humanis viuentibus voces formare ⁊ loqui ex modo aliquo quem hic nō determinamus. verꝫ aūt inter voceꝫ ipſiꝰ hominis· hoc eſt quā homo ipſe pſe format· ⁊ vocem ipſius demonis apta differentia eſt· ſicut accepimꝰ ab illis qui multos ⁊ audierunt ⁊ eiecerunt· vox etiam ipſius demonis ſubrauca eſt ꝯparacōne vocis ipſius hominis· ⁊ forſitā cauſa in hoc eſt etiam cum hoc impoſſibile eſſe illud· ꝙ tam famoſum eſt apud aſtronomos ⁊ in tot libris eorꝫ ſcriptum· videlicet ꝙ in ortu ſaturni ſiquis imaginem de ere fuderit loqui eaꝫ vt hominem ꝓbabit. Iam enim patefecimus imaginem ereaꝫ ⁊ etiam quācunqꝫ aliam loqui non eſſe poſſibile vltimo modorum. Ortum aūt ſaturni intellige ingreſſum eiꝰ in primum gradum arietis· vl' qd' verius eſſe videt̄ aliquibus ingreſſum eius in primum gradum capricorni. Amplius ſi locūtur in eis ſicut in vaſe· puta ī archa vel pixide· tunc nullus honor debetur ꝓpter hoc huiuſmodi ſtatuis· niſi queādmodum debet̄ arche vel pixidi. Nec amplius nomine diuinitatis digni ſunt q̄ꝫ archa vel pixis· ſeu aliud quodcunqꝫ vas. Non eſt auditum a ſeculis· ꝙ quis archam vocaret deā· vel ollam vel pixidem· vel ꝙ alicui horꝫ ſacra vel ſacrificia conſtitueret vel templum edificaret. Ampliꝰ ſm̄ hoc videlicet ſi ſtatue non aliud quam vaſa ſunt in parte iſta demonibus loquentibus in eis nō poti us neceſſarie ſunt eiuſdem ſtatue figurationis humane quam olle vel pixis ⁊ hoc ipſum tam multiplex diuerſitas imaginum indicat euidenter. Pene enim nulla eſt figura in genere animalium· in qua idolatriā nō exercuerunt huiuſmodi inſpicientes· ſicut euidenter oſtendit aplus ī prima ad Romanos· ⁊ de Iudeis celeberrimum eſt ꝙ vitulos aureos ⁊ ereos mltis annis adorauerunt. In ſecundo vero yſaie de talpis ⁊ veſpertilionibus aperte ſcriptum eſt. Quod ſiquis dixerit· ꝙ diuerſitas figurarum earum eſt iuxta electionem ⁊ beneplacitum demonū eligentium ſibi formas ⁊ imagines prout vnuſquiſqꝫ volebat vt in eis colerentur· tūc iam cecidit in errorem q̄ꝫ in precedentibus ſcripſimus· videlicet in idolatriaꝫ demonum· ſimiliter ⁊ ſermo eius qui dixit ꝙ demones in ſtatuis dabant reſponſa ⁊ preloquebantur diuina quemadmodum in vaſis. Eundem errorem ineuitabiliter inducit ⁊ recipere neceſſe habet· in eius deſtructionē non oportet nos amplius laborare· cum ea que diximus omni intelligēti merito ſufficere poſſint·

De ydolatria ī ſtatuis ꝯtinuacō predictoꝝ Ca·XII A

Rocedamus igitr̄ ad deſtruendū ſecundū erroꝛē·quo ipſe ſtatue viſe ſint inſipientibꝫ eſſe dij facti·execrabilibus ꝯſecrationibꝫ accipientes virtutem diuinam & ſplendorem deificum·verbi gr̄a quemadmodū zaphirus iux̄ opinionem quorundaꝫ virtutem habet naturaliter curandū autoꝛitatem·extinguendumqꝫ ardores·ac reprimendum tumores·que virtus celeſtis ꝛ dei ita nō elementalis eſſe videt̄. Nō enī apte ꝯponentium·nec ullo modoꝝ aperte nature ſue vl̄ foꝛme·ſi ſup̄ totam naturam ſuam deſup̄ infuſo ſplendoꝛe ꝛ deſup̄ appoſita irradiacōne. Et in hunc modū carbunculus ꝛ diamas.ceteriqꝫ lapides pcioſi virtutes q̄s eis attribuunt homines accepiſſe videant̄·ſicut ſtatue & imagines ſil̄es aliq̄tenus virtutes virtutibꝫ lapidum execrabilibus conſecrationibus accipiunt·ſi enim foꝛme ceree que vtiqꝫ ſimilitudinem habent agnoꝝ hanc virtutem accipiunt per benedictioneꝫ romani pontificis·vt fulgura arceant & ꝯpeſcant·ne ledant eos qui illas detulerunt·ſi etiā campane que vtiqꝫ nec foꝛmā h̄nt animalem nullaꝫ ſimilem virtutē in ꝯſecracōne ſua ſeu benedictioneꝫ recipiāt·& tēpeſtates ꝛ fulgura nihil ledere poſſint in regionibꝫ in quibus ſonitus eoꝝ eo tempe auditus fuerit· Si ſal ꝛ aqua p exoꝛciſmos ꝛ benedictiones virtutē effugādi et abiciendi demones recipiunt. Si cerei qui benedicuntur in feſto purificationis beate virginis virtutem arcendi fulgura ex benedictione illa ſuſcipiunt·q̄ oīs virtutes diuine eſſe dubitari nō p̄nt·veriſimile videri potuit erroneis huiuſmodi·vt maledictis benedictionibꝫ ſuis & execrationibus virtutes illedarent̄ imaginibus. Manifeſtum aūt eſt tibi ꝙ ea que narrauimus nō fiunt niſi omnipotēti virtute creatoꝛis·vn̄ nō petit xp̄iana deuotio ab aqua benedicta vt fugat demones·neqꝫ a campana·neqꝫ ab agno·neqꝫ a cera benedicta vel a candela vt arceat fulgura ꝛ tempeſtates·ſed ab omnipotente creatoꝛe Sicut igit̄ regale ſigillum vel aliud quodcunqꝫ ſignum ducatus tueret̄ deferentes ꝛ ſecuros efficit·nec eis noceat̄ ab his q̄ regi ſubſunt·& hec nō ſua virtute ſ potеſtate regia ꝛ voluntate· ſic huiuſmodi res vel ſigna·nō virtute aliqua que ex eis ſit·ſ omnipotenti virtute ꝛ beneplacito creatoꝛis illeſos a prenominatis nocumentis protegunt ſecum portantes. Queſtionem autē·vtꝝ aliquid aque ſanctificate accreſcat ex ipſa ſanctificatione aliquid inqꝫ quod in ea fit de nouo·& vtrum ſub illa ſit an̄cedens an accidens cōuenientius alibi & quer

et determinabitur· & de premiſſis ſimiles ſunt queſtiones. Re
uertamur igitur ad id in quo eramus & dicamus ꝙ funda=
mentum intellectus & ſcientie vita eſt ac comitans vtrunqꝫ
eoꝝ inſeparabiliter· quare ſunt omnino inſuſceptibiles tam
intellectus q̄ȝ ſcientie. Quare manifeſtum eſt mercurij ſermo
nem quo dixit ſtatuas futuroꝝ eſſe preſcias· ſermonē falſum
et impoſſibile eſſe ſimiliter ⁊ ſermonem quo dicuntur ſtatue
dij poſſe eſſe vel fieri· Manifeſtum eſt erroneum eſſe cum di=
uinitas ſiue deitas eſſe nō poſſit ī ſubſtantia tibi intelligentie·
B Amplius iſte ſplendor quem vocant deificum· & eius ſi
militer irradiacōne dicunt ſtatuas eſſe deos ⁊ fieri & eſſe· aut
eſt ſubſtantia aut accidens. Qḋ ſi fuerit ſubſtantia· ā ſubſtan
tia intelligens per ſemetipſaȝ aut nō ſi dixerit ꝙ eſſe ſubſtan
tia intelligens per ſemetipſaȝ· erit igitur vel ſubſtantia abſtra
cta· vel demon vt ipſi aiunt· vel ſicut anima humana· ꝙ ſi fue/
rit demon remouebimus hoc· qm̄ nullomodo coniungibilis
eſt huiuſmodi ſubſtantia corporibꝫ ſtatuarum· ⁊ ſi fuerit aīa
humana ſimiliter impoſſibilis eſt coniunctio eius ad ſtatuā
a parte enim virtutis intellectiue nō eſt coniugibilis anima
humana corpori cuiqꝫ· qm̄ operatio intellectiue virtutis· nec ī
corpore eſt nec in corpus ſicut alibi didiciſti. Noſti etiam ꝙ a
parte virium animalium non eſt coniugibilis niſi partibꝫ cor
poris que nate ſunt organa eſſe operacōneȝ illaꝝ quemadmo
dum a parte virtutis viſibilis non eſt coniūgibilis· niſi parti
corporis que nata eſt eſſe inſtrumentū videndi· ⁊ hoc veraciſ
ſima ratione oculus eſt. Et ſimiliter a parte virtutis audibi=
lis· & ad hunc modum ſe habent in alijs viribus & operatio/
nibus earum ⁊ organis· quare manifeſtum eſt· ꝙ impoſſibile
eſt coniunctio anime humane & cuiuſcunqꝫ corporis ſtatua/
rum cum membra ſtatuarum organa eſſe non poſſint opera/
tionum ſeu virtutum ipſius. Quod ſi fuerit ſubſtantia non
intelligens· ſplendor ille deificus· tūc magis apparet ſermo pre
dictus eſſe impoſſibilis & erroneus· cum manifeſtum impoſſi
bile ſit ſubſtantiā non intelligentem dare alicui ſiue pars illi
us ſit ſiue non· ſcientiam aut intellectum Amplius ſcientia ⁊
intellectus· aut eſſent in his ſtatuis ſcḋm parteȝ aut ſcḋm totum
ꝙ ſi ſcḋm totum· tunc eſſet partibilis intellectꝰ· eo ꝙ ex neceſſi/
tate ſequeret̄ partibilitatē ipſius ſtatue· ⁊ ita eſſet intellectus
ī pede ⁊ ī digito ſtatue· ⁊ ita ī q̈libet pte alia ipiꝰ tu aūt vides
q̈a hec eſt abſurditas adeo incredibilꝭ ⁊ ad eā deſtruendā nul
latenꝰ ad laborandū ſit cū p ſeipam cadat ex aīo cuiuſcunqꝫ

Qđ ſi dixerit quis·nõ eſt in ſtatua ſm totum.ergo vel eſt in
ea ſm aliqꝫ partem ipſius ſtatue·vel ſm aliquid qđ eſt ipiꝰ
ſtatue.Non aũt eſt in ſtatua ſm materiã aut formam ipſius
quia tũc magis eſſet in materia vel forma ipſius.Manifeſtũ
aũt eſt tibi·quia nec metallum·nec es·nec lutum receptibile
eſt intellectus aut ſcientie vllo modoꝝ·quia nec ſm partem
vt diximus·neqꝫ ſm totum·ſꝫ nec etiam vite que longe minꝰ
eſt·& ex neceſſitate precedens vtrunqꝫ.Quod ſi fuerit in ſta/
tua ſm formam ſuam·hoc eſt longe magis inconueniens·cũ
forma ſtatue·qua ſcꝫ ſtatua eſt accedens tñ ſit alicuiꝰ ex ma
terijs quas nominamꝰ.hoc eſt ex metallis·vel eris.vel luti·vł
ligni.Nulli aũt poteſt eſſe dubiũ vel ignotum.quin impoſſi=
bile ſit intellectum vel ſcientiam eſſe in accidente·quare relin
quiť ex neceſſitate ꝙ intellectus & ſcientia ſi ſunt in hꝰmodi
ſtatuis ſint in eis ſm aliud ꝙ̃ ſm totum vel partem corporei
tatis ſue·& quã ſit eoꝝ materia vel forma·q̃re ipſi aliud ſom/
pniare in parte iſta poſſunt qꝫ iſtum quem fingũt deificum
ſplendorem·erunt enim neceſſario in ſtatuis ſcientia ⁊ intel=
lectus ſm illum quemadmodum in hominibus ſm animas
Et ꝓpterea huiuſmodi deificus ſplendor vel erit.Iam aũt re/
mouimus hoc·quia nõ poteſt eſſe ſubſtantia non intelligens
que intellectũ ⁊ ſciam preſtat ei in q̊ eſt.Nec poteſt eſſe ſub/
ſtantia intelligens que coniungiť huiuſmodi corporibꝰ·q̃re
neceſſe habent concedere ⁊ confiteri virtutem iſtam ⁊ ſplen/
dorꝫ deificum accedens tñ eſſe ⁊ ꝓpter hoc remouerunt ab/
eo intellectum & ſcientiam & diuinitatem.Amplius iſte ſplẽ
dor deificus magis deberet cadere ſuꝑ ſubſtantias magis re=
requirat· & ſm intentionem et ꝓpoſitum noſtrū in ipſo. Tria igitur iſta videlicet ſacramenta·ſacrificia·ꝛ ſacra· propter tria generaliter inſtituta ſunt· ſacramenta ſcilicet ad ſanctificatiōꝫ ſacrificia ad repropiciationem· ſacra ad dei honorificentiam. Vnde ſacra dicuntur feſtorum et ad feſta pertinentia· hec enīꝫ tria neceſſaria nobis ſunt. Neceſſe enim eſt: vt ſanctificemus ꝛ ſancti ſimus. Neceſſe iterum eſt vt noſtra creatorū declinem⁹. ꝛ vt pacem eius et gratiam habeamus. Neceſſe iterum eſt: vt ipſum creatorem cultu ſibi placito iugiter honorificemus. Et primum quideꝫ nobis per ſacramentū tribuitur· quemadmodum enim per veſtimentum veſtitio: ꝛ per ornamentū ornatio et ita de alijs· ſic per ſacramētum ſanctio perficitur. Sicut igit̄ non eſt veſtimentum cuius applicatio ſeu appoſitio nō veſtit illum cui apponitur: neqꝫ ornamentū cuius conueniens appoſitio non ornat illum cui apponitur. Sic non eſt veri nominis ſacramentum·cuius adhibitio ſeu appoſitio quantum in ipo eſt nō ſacrat ſeu ſanctificat illum cui ad hoc adhibet̄ vel apponitur. Signum vtiqꝫ et adiutorium ſanctificationis eſſe poteſt alias·quod ſacramentū nominatur: ſed inſtrumentū ꝛ cauſa ſactificationis nullatenus eſſe poterit. B Sicut apparet in circumciſione· que quidem in ſe adiutoriū eſt ſanctificatiōis quantum ad mundiciam carnis: vt ſupra diximus·et ſignuꝫ eſt ſiue ſignaculum ſpūalis circūciſionis·ex ipſa ſimilitudine repreſentationis prepucij: ꝛ ex nominatione ſua. Significatio fuit circūciſio tantum manualiter abſqꝫ vlla inuocatiōe creatoris & intentione illa ſpūalis circūciſionis·erat q̄dem ꝛ ſignū & adiutorium quod diximus·et erat pro tempore q̊ inſtituta fuit circūciſio philiſteorū ducentorū quorū prepucia ſaul petebat a dauid·ſicut legit̄ xviij primi regū. Manifeſtum igitur eſt: q̄a circūciſio id eſt ablutio manualis prepucij· non eſt per ſe & in ſe ſacramentū veri nominis·ſcꝫ quēadmodū diximus. Cum aūt tp̄e legis rite fiebat·videlicet ſicut ꝛ patrib⁹ tradita & ab eis ſuata·ad tollendū peccatū originale ex obedientia ꝛ deuotione ſuantiū: et obligatiōe qua ꝑ ipm ad cuſtodienduꝫ pactū & fedus·q̄ iniuit int̄ ſe deus ꝛ Abrahā atqꝫ ſemē ipſius quaꝓpter ī ſignū federis et obligatiōis obſuandū pactū predictū ſolūmodo inſtituta fuit circūciſio. Factum aūt illud et fedus erat inter deū ex vna ꝑte Abrahāqꝫ & ſemē ei⁹ ex altera vt ipe eſſet de⁹ eorū: q̄re ꝯmuniter ꝑ ipſam circūciſionē renūciabant ydolatrie & omni cultu ſuperſtirioſo·ꝛ de omnib⁹ his legit̄ xvij· Geñ· q̄re ex neceſſitate valebat circūciſio gn̄i Abrae cui ſoli īpoſita fuit· valebat inq̄ꝫ ex ꝯſeq̄ntia & ſi nō exp̄ſſa inſtitutiōe·ad tollendū originale pc̄m ꝛ forte ꝯtra alia pc̄a. Nō

enim parum eſt ſe obligare ad dei culturam et intrare in eam per portam tam arctam C Verum quoniam per circumciſionem quantumcunq; et quodcunq; valeret ſeruantibus no erat conſultu niſi modice particule generis humani videlicet ſoli ſemini Abrahe: et illi etia no toti ſed ſolis maſculis in illo. Plaga autem originalis peccati et aliorum peccatorum comunis erat toti generi humano que naturaliter requirebat comune remedium: quare decebat communem omnium dominu comunemq; miſeratorem vniuerſorum commune tantis plagis adhibere remedium Amplius: ſi omnes electi viuendi erant in vnum dei populum cum vnitas ritus ſola vnitatem populi efficiat necesſe erat vnum ritum inſtruere per quem de populo dei intrantes exciperentur et in vnum dei populum vnirentur Si enim diuerſi eſſent ritus i populo dei: non eſſet populus vnus dei: ſed populi. et ideo non eſſet inter eos vnio ſeu fraternitas ſpiritualis. Neceſſe autem eſt inter dei electos fraternitate eſſe ſpualem et hoc eſt. quoniam omnes dei electi et filij eius ſunt per gratiam et heredes: quare et fratres ex neceſſitate. Amplius iſta diſparitas cultus quid aliud pararet q diuiſioes et diſſenſiones: et tandem inimicicias et bella tam ſpiritualia diſputationum et contradictioum quonia etiam corporalia. vnoquoq; populo certante pro lege ſua ritu et cultu. et eam exaltare conante et omnem aliam aſpernante deteſtante: et pro viribus impugnante ſicut videmus hodie de iudeis et ſarracenis de hereticis et paganis hoc eſt ydolatris. qui oms bellis vtriſq; ſeſe inuicem impugnare non ceſſant: et tantis contradictionibus et repugnatijs ſimplices et ineruditos: aut in dubietatem: aut in confuſionem: aut in errorem inducut. cum neſciunt que cultu eligere debeant: aut cui parti ſit potius adherendu. Modis igit omnibus neceſſe fuit vnum ritum vnum cultum vna legez in mudo inſtitui vbiq; pdicari et in ea vniri oms nationes. D Amplius: ſicut in precedentibus diximus. vna eſt veritas de creatore de magnificencia videlicet et gloria ipſius: ſic neceſſe eſt et vnam fidem eſſe hoc eſt vera credulitatez de ipſa. fides vero vera neceſſario ſequitur veritatem fidem autem vnam ſequit ſpes vna. Itez ſicut vna eſt magnificentia et gloria creatoris apt oms nationes. gloria aut et magnificentia ſequit honorificetia et cultus. Ita neceſſe eſt vnam eſſe magnificentia vnuq; cultuz creatoris aput omnes nationes. Amplius qd per abundantia dicitur vni ſoli conuenit: quia igitur latria eſt ſumme venerationis obſequij ſiue cultus neceſſario eſt vna latria: qre vnus eſt et ſolus cultus creatori debitus: et ppter hoc nullus alius cultus debent eidem: qre vno ſolo cultu decet eum vbiq; coli

Ampliꝰ exutraqꝫ parte ē vnitas ·videlicꝫ & ex parte creatoris qui eſt vnꝰ verus ⁊ ſolus deus ·ex parte aūt generis humani vnitas eſt in vtroqꝫ·ſcꝫ eorum que paritum ⁊ cultum a creatore obtinere intendunt·Nihil enī intendit a creatore principaliter obtinere · niſi immunitatem ſiue puritatem a peccatis ·& gratiam que filij dei ſunt ⁊ heredes·neutrum aūt iſtorum diuiditur · quia nec puritas iſta diuiſa eſt in quibuſlibet · ſeu peccatoribꝫ ſiue iuſtis·gratiam vero filiationis impoſſibile eſt diuidi in ſe vel ſm ſpeciem· forſitan autē recipit vtraqꝫ magis ⁊ minus·conſequens igiť eſt·vt per viam vnā vtrunqꝫ queuāt vnius enī finis vna eſt vera via eſſentialiter· Exterius autēꝫ & ex accidente nihil prohibet diuerſificari viam·ſicut per eandeꝫ gratiam·& per eaſdem virtutes neceſſe eſt venire in fineꝫ queꝫ diximus·videlicet in hereditatem eternam·Amplius contaminatio eſt inquinatio totiꝰ generis humani·⁊ quantum ad originale peccatum·& etiam quantum ad actuale·quia ⁊ ſi vnoquoqꝫ naturalium indiuiduorum generis humani non inueniatur actualiter omne genus peccati potentialiter tñ inueniť in illo· Non eſſet autem conueniens & ſufficiens remedium · quod ſolis malis actualibus exiſtentibus occurrent · niſi ab imminentibus & potentialiter appropinquantibus per illud caueretur·Manifeſtum eſt igitur ·quia communis ablucio & commune lauacrum·exhibenda fuit generi humano·Ampliꝰ vnius domus·vnius ciuitatis vnus ingreſſus & vna porta.Nō enī diuerſificantur porte in vnaquaqꝫ ciuitate ſm ꝙ porte ·hᵒ eſt ſm eſſentiam ſuam vel ſubſtantiam·⁊ ſm plagas ·porta ei orientis non differt ſm ſpeciem a porta occidentali vel meridionali vel ſeptentrionali · quare in ciuitate dei que non eſt niſi populus·neceſſe eſt vnū eſſe ingreſſum a quacunqꝫ parte veniatur in illā·Ingreſſus aūt iſte eſt iniciatio ⁊ ſanctificatio·vo noīe ac veriſſima ratione·q̄re vna eſt initiatio ſeu ſanctificacō ingredieǠtiū in ciuitatem dei.Ampliꝰ vnum fedus deo adherē do ſcꝫ ei·vna ciuilitas ciuitatis ipſius videlicꝫ obſeruatio legis ⁊ iuris quibꝫ in ciuitate illa viuiť nihil autem aliud eſt ingreſſus iſte·ſiue in dei fedus·ſiue ī dei pplm·ſiue in ciuitatē quantū ad ingredientes ptinet·niſi ſuſceptio cultꝰ ⁊ legis illiꝰ· Et hec ſuſceptio nō ē niſi pactū verū hoc ex corde de iſtis ſeruandis : q̄re ex nc̄citate vnus ē ingreſſus gn̄alis in dn̄i pplin ⁊ ciuitatē ⁊ ideo oportꝫ vt ſit etiā inſignis q̄ ad hᵒ adhibenť veriꝰ·Signa aūt huiuſmodi per q̄ deſignatur pactū huiuſmodi ⁊ roborať ſi diuſa fuerint ꝓ diuſitate nationū ·ſciſſituras & alia mala q̄ ut p̄ diximꝰ introduceret·Iā aūt dixiꝰ intractatu de baptiſmo

quia omnibus ſignis conuenienti⁹ eſt ablutio exterioꝛ in aq̄ facta: et cauſas in hoc dedimus. Vnde nullo modo approbanda eſt conſuetudo nubiorum: qui ſigno crucis p vſtionē facieb⁹ ſuis pro baptiſmali ablutione imponunt· exiſtimantes ſe per hoc in igne ſanctiſpiritus baptiſari. In q̄ et diuine auctoritati & euangelice veritati apoſtolicequ traditionē euidentiſſime cō tradicūt. Adinuenire etiam talia eſt eccleſiam dei ſcindere· qm̄ neceſſe eſt exterius vnitate ſignorum ſacramentalium eſſe conformem. ſicut interius eſt vna· nō difformis neq3 diſſimilis grē vnitate. E Qꝫ ſi dixerit quis: quia multa varietas mltaq3 diuerſitas inuenitur in eccleſia dei: quia alij coniugati· alij cōtinentes in ea inueniuntur. Et iterum tot diuerſorum ordinu3 varietates· & nouorum et veterum. Reſpondem⁹: quia in eis q̄ ſunt de ſubſtātia ⁊ varietate religionis nulla eſt diſſimilitudo nulla diſcrepantia. ⁊ ex eadem ſinceritate vere religionis procedit tota iſta varietas. ſicut patet in vno & eodem homine: q̄ ex eodem timore ⁊ amore dei nunc peregrinat᷑· nunc paſcit pauperes· nunc ſacco induitur ſeu cilicio: nunc ſericis: nunc cantat coram domino: nunc ploꝛat coram eodem· ſic eiſdem fide· ſpe· & caritate: et ex eadem proꝛſus in terna et vera religione ꝓcedit iſta varietas pulcritudinis: nec intendunt ſerui dei cū tranſſerunt ſe a ſeculari conuerſatione ad religionem minus eſſe vel omnino non fieri Xp̄iani· ymo velut ſecurius velut liberi⁹· vl' vt magis ſint ⁊ ſublimius Xp̄iani· nec intendunt cultū dei in ſe minuere ſed augere· ⁊ a contaminatione peccati et ab admixtione ſecularitatis totaliter ſegregari· quemadmodum dixit ſanctus ac ſapiens Augu· Quoniā in via dei alius ſic· alius ſic ibat· queadmodū per eandem viā: alius pedes: alius eques: ali⁹ oꝛnatus: ali⁹ exoꝛnat⁹: ⁊ iter alius cū paucis: ali⁹ cū comitatu plurimum incedit· ſic per eandem viā veriſſime ac ſinceriſſime religiōis ambulāt omniū oꝛdinū veri ꝓfeſſoꝛes ac ſ͡uatoꝛes.

Qꝫ ſol⁹ baptiſm⁹ ē ianua ingreſſus ad ſalutē. Ca. II.

Am ergo declarauimus tibi quia cōmunis debet eſſe iniciatio et ſanctificatio. A Quā requirit inqnatio ſeu cantaminatio gener⁹ humani· quemadmodū ipſa ſanctitas que per eam intenditur et querit᷑ ⁊ obtinet᷑· ⁊ vna ē & indiuiſa et communis omnibus. Et quia ſignum quod h⁹modi ſanctificationi adhibendum eſt· debet eſſe conuenientiuſ omnibus: et quia debet eſſe vnum non diuerſatum· propter periculum ſciſſurarum ⁊ alioꝛum malorum que ſup̄ nominauimus. Patefecimus etiā tibi de ſigno iſto: ⁊ de his q̄ adhibent᷑

cum ipſo quia hoc eſt omnibus ſignis ſanctificatione conue/
niencius quia ergo non decet creatorem nec etiam poſſibile ē
creatorem facere niſi conuenientiſſime quod facit. Nec decet
eum aut poſſibile eſt ꝓferre minus cōueniens cōuenientiori
Neceſſe eſt igitur ipſum elegiſſe ſignum baptiſmalis ſanctifi
cationis ad cōmunē iniciationem toci⁹ generis humani q̄re
omnis alius ritus initialis ſanctificationis eſt deo diſplicens
ſolum enim quod elegit ei placet nulli ergo nationi nulli per=
ſone licet alium ritum vel introducere vel ſuare vel licuit ab
eo tempore quo iſtū ritum indixit creatoꝛ ſimiliter neqꝫ iſtū
negligere vel non ſuare a tp̄e antedicto·quare ab eodem tp̄e
omnis alius ritus ꝑditionis ē atqꝫ dampnationis B Qꝫ
ſi dixerit quis· Nonne ꝑ ſolam penitentiam ſanctificabitur
et ſaluabitur adul us cum habere non poterit qui eum bapti/
zet. Reſpondemus q ia penitētia cū fide et deſiderio baptiſmi
ſupplebit in eo vicem quantum ad remiſſionum culparum ⁊
perfectam emendationum ab ipſis· Nec reputandus eſt eſſe
ſine baptiſmo qui fidem habet et deſideriū ipſius vnde ⁊ bap
tiſmum nominare conſueuerunt ſancti doctores penitentiam
interiorem ſeu plenitudinem vocantes eam baptiſmum fla/
minis. Cum autem conſideraueris quia totum genus huma/
num ardet a ꝑte ſua inferioꝛi ardet inqꝫ amoꝛe eorum q̄ car/
nis ſunt ⁊ mundi amoꝛe inquam puerſo et friget econtrario
a parte ſua ſuperioꝛi velut congelata friget īq̄m ab amoꝛe ſpi
ritualium et eternorum bonorum apparebit tibi luciđiſſime
totum genus humanum incendio pariter et extinctione ege/
re videlicet et econtrario frigeat et ardeat qua ꝓpter ad hibiti=
one ignis et aque ſicud ſupra tegim⁹ et immerſione in vtrūqꝫ
tibi manifeſte videbitur indigere vt ſe habeat ſicut debet et ſic̄
requirit neceſſitas ſalutis· Dona autem ⁊ eadem ſanctificatio
et inflammatio que eſt a parte peruerſionis congelationis ex/
tinctio eiuſdem eſt a parte peruerſe ſimiliter vna et eadem gra
cia ſanctitatis et ignis eſt ad diſſoluendum et inflammandū
in nobis peruerſum gelicidium et aqua eſt adextinguendum
in nobis peruerſum incendium·Amplius eandem conſidera/
tionem faciens inueniet in toto genere humano non ſolum
peccatorum actualium inuentionum inquinationum ſed eti
am innatam et profundam ⁊ ardentiſſinam corruptionem
in quam ſpiritualem homo eſt animatum noſtratum· Intel/
liges ergo naturam humanam interius non ſolum abluti/
one qualicunqꝫ ſed foꝛtiſſima et penetrabiliſſima indigere
que ⁊ aduenticias ſoꝛdes diluere ſufficiat et innatas valeat

expurgare·quare neceſſariuꝫ eſt toti generi humano cõmune
extinctorium commune inflammatorium commune lauacꝝ:
communem fontem purificatorium atqꝫ viuificum: cõmuneꝫ
fornacẽ ſacratiſſimi ardoris:⁊ vt ad vnum dicamus·cõmunẽ
officinam gratie dei:in qua fiat plena ſanctificatio·& perfecta
ſanctitas tribuatur. ¶ Si quis querat·quare ritus com/
muni generis humani tam conueniens tanꝙ neceſſarius:tam
diu dilatus ſit·⁊ tam tarde mundo impoſitus ⁊ expoſit?.Nos
in hoc iam tendimus in tractatu de ſacramẽtis.Sed quis etiã
querat qualiter prouidebat deus miſericors alijs nationibus
cum ſoli genere Abrahe pactũ circuncisionis ⁊ legem dediſſe
videatur.Reſpondetur:quia nullaꝫ ex nationibus deſpexit aut
neglexit deus:niſi que ſeipſam neglexit·⁊ ſalutẽ ſuam prout
curanda fuerat non curauit·Pene enim totus mundus eo de/
relicto in impietatem ydolatrie abierat· ſed in diuerſis mundi
partibus orientis atqꝫ meridiei necnon ⁊ occidentis:⁊ potiſſi/
mum in parte egipti fuerunt viri magni: qui deũ agnoſcerẽt
& colerent ritu:quem vel a patribus acceperant·vel quem di/
uina reuelatione & propria prudentia didicerant . Legimus
enim Melchiſedech ſacerdotem fuiſſe dei altiſſimi· ritus tamẽ
ſacrificij eius non legitur vel ſacerdocij: niſi ꝙ panem ⁊ vinũ
offerebat: & hoc in·xiiij· Geneſeos legimus ⁊ Abraham ante
legem ⁊ ante pactum circuncisionis placuiſſe:⁊ ritum ſacrifi/
candi quendam habuiſſe ⁊ ſeruaſſe: ⁊ ab ipſo deo altiſſimo ac
cepiſſe:ſicut ex pte Geneſeos·xv·legitur ⁊ Iob in primo capi=
tulo libri ſui filios ſacrificaſſe & holocauſta per ſingulos ob=
tuliſſe:qui quidem non de gente hebreorum ſed gentilis fuit·
Legitur etiam in geſtis Alexandri magni Didimum philo=
ſophum bragmanorum nobiliſſimuꝫ omnia munera ſibi ab
Alexandro miſſa recuſaſſe exceptis aromatibus ex quibus ſa
crificum deo altiſſimo obtulit . In lege vero que Machometi
dicitur:quam ⁊ ſarraceni profitentur·ſi tamen ei in aliquo cre
dendum eſt legitur ꝙ centumuiginti prophetas miſerat de?
ad diuerſas nationes ante aduentum ipſius Machometi vt p̄
dicatione eorum conuerterentur ab erroribus ſuis.Aput om
nes etiam philoſophos nobiles de vno deo:de deo videlicet de/
orum multa ſublimia ⁊ deo digna leguntur·Ex hiſtorijs etiaꝫ
librorum legalium manifeſtum eſt· ⁊ in babilonia ꝑ Abrahã
primo·deinde per prophetas tempore captiuitatis:& deinde ꝑ
totam meſopotoneam ⁊ ſyriam : totamqꝫ terram promiſſiõis·
& tandem in egipto per gentem hebreorum & miracula : que
ibi deus altiſſimus legitur operatus fuiſſe· quare non eſt du/
bitandum aliquem cultum honorificentie dei altiſſimi : cultũ

quidem exteriorum operum: oblationum ⁊ ſacrificiorum eos ſeruaſſe. Interior enim cultus: qui in puritate ⁊ deuotione po=tiſſimum conſiſtit· etiam parū doctis omni tempore fuit notꝰ Hec aūt omnia ideo congeſſimus plura preterientes: vt agnoſcas miſericordiſſimum deum ſemper curaſſe ipſos·qui ſeipſos curare: ⁊ curari ab ipſo prout docui: curauerunt· & qui intollerabili negligentia ſue ſalutis atqꝫ impietate operum miſericordie illius auxilium non retulerunt. Conſuluit igitur clemen=tiſſimus deus ſaluti electorū ſuorum ſemper ſicut voluit· verū tamen communi ſaluti totius generis humani·nullo ritu ge/neraliter prouiſum eſt ante inſtitutiōeꝫ baptiſmi·⁊ nullo ritu( ſicut iam declarauimus )adeo conuenienter potuit prouideri· Nec dubitandum eſt : alium modum deo ſemper fuiſſe ⁊ eſſe poſſibilem: ⁊ alios multos modos· cū in ſolo beneplacito iſtiꝰ tota poſita ſit ſalus ⁊ ꝑditio ſingulorū· D· Qꝫ ſiquis dixe/rit· quia debent adhuc ſufficere ad ſalutē vnicuiqꝫ modernoꝝ quecunqꝫ ſuffecerunt ad ſalutem antiquorum. Reſpondemus quia nō eſt verum. Non enim licet legem: diuina auctoritate poſitam· tantis ſanctorum teſtamonijs approbatam: tantis miraculis ꝯfirmatam: totqꝫ ⁊ tantis mundi partibus: tam longꝰ temporibus obſeruatam: ⁊ ſueipſius vtilitatis ac ſalubritatis euidentia tam acceptam: cuiqꝫ negligere vel mutare·neqꝫ con=cutienda eſt veterum conſuetudinum ſuſcitatōne religio. Nec eſt ſcindenda diſcrepātia rituū eccleſia. Iam ergo expediuimꝰ nos de ritu initialis ſanctificationis·⁊ patefecimus quia non eſt alius ritus: conueniens conſequenter omnibus ⁊ ſingulis ſanctificandis·licet alijs ritibus vſi fuerūt antiqui ſancti: temporibus ſuis. Et in tractatu de baptiſmo multa diximus: que hic ex induſtria preterimus;·

¶ De Sacrificijs animalium· ¶Capitulum· ·III· A

Oſt hec tranſibimꝰ ad ſacrificia: ⁊ dicemus in primis quia ſacrificia animaliū manifeſtum eſt per ſe eſſe in=utilia: ⁊ nullam habere virtutem ad placādum deum altiſſimum: vel impetrandam gratiam ipſiꝰ· nec habuiſſe vnqꝫ niſi quemadmodū munus apud receptorem. Manifeſtum eſt eſt·non eſſe eam ligationem ſeu vinculum inter animas imo/lantium animalia·⁊ que naturaliter cogat ī mortem animalis ſequatur mors peccati·quia totum in anima vł animabus eſt vel vt conſumptorem eius qui in ſacrificō de animali imolato conſummitur comitetur: vel ſequatur conſumptio peccati vel

peccatorum. Neqȝ vllo mō neceſſe eſt: vt paſſiones rerū imolaticiarum: ſequantur ſimileſ paſſiones in animabꝯ operantium vel ꝙ aliud immutetur: vel mouetur in animabus offerētium ſiue eorum pro quibꝯ offeruntur: vel ad emēdationem a peccatis: vel ad gratiarum inquiſitōȝ. Munera vero apud receptorē nihil poſſunt niſi vł placore ſuo: vel placore ſeu fauore donātis Et quidem ꝙ placorem nullum in ſe habeant animalia manifeſtum eſt: ſicͣ ipſemet dicit. Nunqd manducabo carnes thaurorum aut ſ.h.po:. Nihil enim habent ꝓpter qđ placere debeāt vel poſſint: niſi qđ vtilitatem ad refectiōem vel ſuauitatem guſtabilem ad delectandum: vel precioſitatem ad ditandum: vel pulcritudinem aliquam ad ornatum. De his autem omnibꝯ nihil ad creatorem quare ꝓpter proprium placoreȝ: nullatenꝰ placere potuerunt vnquam creatori. Reſtat igitur ſi vnqm̄ ei placuerunt ꝙ hoc fuit propter offerētes propter deuotionem igitur ſeu obedientiam offerētium: ꝛ propter aliam vtilitatem eorum placuerūt deo altiſſimo: talia quādocunqȝ placuerunt Quoniam aūt nihil odit eorum que fecit altiſſimus: ꝛ quoniā generaliter odit iniquitateȝ. Manifeſtū eſt quia vita aīalium nunquam fuit ei odioſa ꝛ inimica: quare mors eorum placita ſeu accepta. B Quia vero ſacrificia duobus modis fiebāt videlicet mortificādo ſū gladio: ſiue igne. Et igne quideȝ quatuor modis videliceȝ comburendo: ſicͣ in holocauſtum aſſando: ſicut in ſacrificijs de craticula frigendo. ſicͣ in ſacrificijs de ſartagine coquēdo: ſicut in ſacrificijs de clibano ꝛ in carnibꝯ que coquebantur in caldarijs ſeu lebetibus. Manifeſtum eſt quia apparatus ille coquinarius: deo nunꝙ per ſe placuit ſed ſicut diximus vel propter deuotionem offerentium: vel propter exercitationem eorundem videlicet vt eſſent ei materia: & occaſio diuine rememorationis: vel ꝓpter inſtitutionem ſeu eruditiōȝ videlicet vt ī ſacrificijs ipſis legerent: q̄d in ſemetipſis deo placare deberent vel propter conſeruationem ꝛ retentionem eorū in cultu diuino. Carnificina em̄ illa: nō parum trahebat illos atqȝ tenebat in cultu creatoris quemadmodum in ydolatria: adipes victimarum: munia libaminū in ydolatria multos retinebat: ꝛ ad eam conuocabat ſicut & hodie vides in confraternitatibus ꝛ conuentionibus noſtris fieri in quibus ſi deeſſet ꝑparatio coqnaria: pauci ꝛ nulli ad eas conuenirent vel ꝓpter alimoniā ſacerdotū: qui de hꝰmodi ſuſtentabanͭ. Mortificatio aūt viciorum ꝛ peccatorū ꝑ ſe creatori ſemꝑ accepta ē & placita ꝛ per ſe ſacrans & ſanctificans facientem: et per ſe mundans atqȝ purificans. Per ſe enim execrationem tollens: ꝛ auferens

impuritatem & immundiciam peccatorum : quia nihil aliud
eſt mortificatio eorũ· ꝙ oblatio eorũ·ſiue receſſus ab eis. Ma=
nifeſtum eſt: quia deſertio peccatorum et receſſio ab eis·ſacriſi
cium eſt deo acceptum ſicut legitur Eccleſiaſtici xxxiij· quia
ſacrificium ſalutare eſt diſcedere ab omni iniquitate: & depre=
catio diſcedere ab iniuſticia: et quia iſta mortificatio non ſolũ
placida ſemper deo eſt: ſed etiã ſaluti humane adeo neceſſaria
vt ſine illa nec ſit nec eſſe poſſit. Manifeſtum eſt: quia ip̄a per
ſe ⁊ eſſentialiter eſt ſacrificiuꝫ iuſticie qm̄ ex neceſſitate debita
et qm̄ eſt iuſticia ꝙ deo de nobis ip̄ſis facimus veriſſime iu=
ſtificans nos: ⁊ iterum eſt iuſticia iuſtificans·dum iniuſticiã
in nobꝭ mortificat et extinguit. Hec ergo ſpiritualia animalia
vicia ſcilicet et peccata·tam immũda tam venerata·tam noxia
ex neceſſitate in nobis occidenda ſunt: ⁊ quantun ad nos per/
tinet a nobis· quorũ vita quia execrabilis eſt & execrans aĩas
in quibꝰ fit: et quia huiuſmodi ſacrificia ſpiritualia q̄ diximꝰ
offerentibus nunꝙ neceſſaria fuerunt ſacrificia animaliũ lr̄a
lium ſeu materialium· nec vnꝙ ſunt neceſſaria quantũ ad ſan
ctificationem vel emendationem . Manifeſtum eſt: q̄a poſtꝙꝫ
iſta offeruntur neceſſe habent illa ceſſare tanꝙ ſuperflua quã/
tum ad emendationem et ſanctificationeꝫ· quare quãcito iſta
impoſita ⁊ expoſita ſunt·ceſſare oportebit illa: ⁊ ideo ſpirituali
populo interdicta ſunt merito· euangelij gratia choruſcante.
ſpirituali eniꝫ populo·hoc eſt que ſpiritualia ſunt cognoſcẽti
Nec neceſſaria ſunt ad inſtructionem vel eruditionem·vel ad
emendationem vel ſanctificationem: nec ad eas quas diximꝰ
conſeruationem et retinentiã in dei honorificentia et cultu: nec
ad alimoniam ſacerdotum · cum alias et melius & honeſtius
prouidebatur ſacerdotibꝰ ſpiritualibꝰ: quare manifeſtũ eſt in
nullo mō ea eſſe neceſſaria ſpirituali populo· deo aũt accepta
vel placita impoſibile eſt ea eſſe·niſi ꝓpter vtilitateꝫ populi ſui
ergo manifeſtũ eſt. quia ſp̄ũali populo: nec populo expedit vl'
vtile eſt·ymo oneroſum atqꝫ ſuperuacuum : quare ſpirituali
populo non tam dimittenda ſunt ꝙꝫ etiam interdicenda. C
Ꝙ ſi dixerit quis·quoniam adhuc ⁊ totus populus iudaicus
carnal' eſt ⁊ magna pars populi Xp̄iani: gº adhuc neceſſaria
ſunt hꝰmodi hominibꝰ carnalia illa ſacrificia· Reſpondemus:
quia culpa ſua carnalis eſt quicũqꝫ carnalis eſt· cum ſp̄ũalis
eruditio & doctrina nulli deſit·carnalitas vero que culpanda
eſt et modis omnibus·non eſt ſacrificijs carnalis vl'latenꝰ nu
trienda: ſed ad ſpiritualia non tam prouocanda ꝙꝫ etiã com=
pellanda . Carnalia vero ſacrificia carnalitatem in hominibꝰ
potius nutrirẽt ꝙꝫ abolerent: et illo modo nullo mō reducẽda

ne in populo dei fiat ſciſſura quam diximus· alijs forenſibus ſacrificijs intendentibus alijs ſpiritualia ſola querētibꝫ atqꝫ ḡuantibꝫ D Siquis aūt querat quare animalia mūda ſibi occidi et etiam comburi precepit dominus cū ea que mūda ſunt ī hominibus viuere conſeruari roborari et augeri velint et munda illa animalia ſignificent dona gratiarum ſuarum et virtutum· Reſpondemus quia nichil adeo immundum eſt in hominibus quod nō mundatione indigeat vł quod immūdius eſſe nō poſſit ſicut legitur yſaie ·lxiiii·quaſi pānus mēſtruate omnis iuſticie nr̄e ꝛ apocalipſis vltimo qui ī ſordibꝫ eſt ſordeſcat adhuc et iuſtus ē iuſtificetur adhuc vel quia illa animalia et ſi mūda eſſent ideſt nō polluta ydolatrijs vł ſorti/legijs gentiū habebant tn̄ īmūdicias naturales q̄bꝫ nr̄e īmūdicie ſpirituales ſignanť· In thauro enī teruicoſitas· In ariete effeditas hoc ē cornibꝫ feriendi ſimilit̄ leuitas ſpiritualia nr̄a ſignificāt ſcꝫ ſupbiā rixoſitatem ſeu contencōſitatem vł occidebāť munda animalia ꝓ impetrāda ſeu conſeruanda roborāda et augenda mūdicia vel ꝓpter hoc vt eoipſo agnoſcerent q̄ offerebant non aliter in dei partē tranſire niſi mūdos eidē ſe offerrent et non aliter ad ipm̄ ꝑuenire poſſe niſi ꝑ ignem ſpiritualem et gladium quibus ingreſſus padiſi primus parētibus prohibitus eſt et quod eſt ſublimioris ſignificantie vt non aliter ſe deo viuere poſſe niſi ſibi morerentur offerentes agnoſcerent ſicut ergo animalia illa per mortem corporalē ꝓs dei efficiebantur ſic et omēs electi ꝑ huiuſmodi mortem ſpiritualem. Iam ergo patefecimus tibi quādam vtilitatem ſacrifi/ciorum legalium ſeu literaliū et cauſas necnon et tempꝰ du/rationis eorum atqꝫ ceſſationis ipſoꝝ et ꝓhibitionis quod ē tempus ꝓpalationis ſpiritualium ſacrificioꝝ et interne ſanctificationis et oſtendimus etiam tibi īutilitatē eoꝝ et defectū ꝙ videlicet ī ſemetipis deficiūt et ab omni gratia et placore q̄bꝫ aliq̄d obtineať vel impetretur a deo altiſſimo et de his aliqua diximus in expoſitione litere legis hebreorum

## ¶ Quid ſit ſacrificium per ſe ¶ Ca· ·IIII· A

Nunc vero addemus declarationes et oſtenſiones q̄ dicemus qm̄ ꝑ ſe eſt quo poſito ponitur ꝛ quo remoto remouetur ſicut dicit ariſtotiles ꝛ ꝓpter hoc ꝑ ſe ſacrificium quo poſito ponitur id ꝓpter quod eſt ſacrificium re/propiciatio eſt dei altiſſimi hoc eſt propiciationis inpetratio id eſt vt deus habeatur propicius ad preſtādum quod ab eo.

petitur: ⁊ propter hoc ſacrificium per ſe ⁊ proprie eſt munus deo immediate oblatum: propiciatiõis eius per ſe impetratiuũ Immediate dicimus: propter elemoſinas que ⁊ ſi oblationes ideo facte interdum dici inueniantur: non proprie tamẽ ſacrificia ſunt. Quare manifeſtum eſt· ꝙ ſacrificium laudis: laus ipſa eſt: ſicut ⁊ hoſtia vociferationis· vnde ⁊ vituli labiorum vocantur pſalmi ⁊ alie cantiones eccleſiaſtice ſicut Oſee vltio Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Alij autem vocãtur fructus labiorum: videlicet in vltimo ad hebreos· quia igitur poſitis huiuſmodi ſacrificijs que diximus ponitur dei propiciatio: ⁊ remotis remouetur. Amplius·nil iuſtius eſt ꝙ innocentie parcere·quare nihil habet iuſticie innocentem occidere Occiſio ergo animalium innocentium eſt ſacrificium iuſticie Amplius· cum ratione culpe ſolummodo debeatur pena: ſoli ergo illi debetur pena in quo eſt culpa·quia igitur ſoli homines peccant non animalia iſta· ſolis hominibus debetur pena: iuxta illud. Quid metuere boues· q̃re ſolis animalibus morte punitis ⁊ peccantibus hominibus omnino impunitis: adhuc remanet debitum pene penes homines·quare nec ſolutum nec remiſſum eſt per huiuſmodi penam animalium . Qꝫ ſi dixerit quia ſaltem per penam damni debet eſſe debitum iſtud: vel remiſſum vel ſolutum nihil dicit·quia ſine pena penitudinis interioris in adultis pena damni omnino nihil remiſſionis operatur: alioquin pauperes ⁊ omnino nihil habentes immunes eſſent a peccatis. Accideret etiam ſm̃ hoc·quia latrones ⁊ raptores ⁊ predones iuſtificarent ⁊ ſanctificarent homines : ſi damnum per hoc qđ eſt pena damni operaretur remiſſionem peccatorum: vel ſolutionem ſpiritualium debitorũ. B Amplius·nihil aliud a nobis requirit diuina iuſticia: niſi vt mala noſtra id eſt vicia ⁊ peccata deſeramus: occidentes ea ⁊ mortificantes in nobis : ⁊ vt virtutes ⁊ alia dona gratiarum ipſius obtinentes ſm̃ ea viuamus: ⁊ in his duabus perfecte conſiſtit ſanctificatio noſtra. Perfecte enim ſanctus eſt in quo ⁊ mala illa mortificata ſunt·ſicut ſi nũꝙ fuiſſent in illo: ⁊ bona ſupradicta viuunt. Cui autem alterutrum horum deeſt·proculdubio perfecte ſanctus non eſt. In quo enim peccatum vel viciũ viuit bonus non eſt·ea bonitate de qua hic intendimus·bonitate ſiquidem naturali boni fuerunt Eua ⁊ Adam ante peccatum·non autem bonitate gratie ſtatim vt creati ſunt. Iſta ergo duo operatur gratia: videlicet quia eſt mortificatiua malorum ⁊ effectiua bonorum. Et hec dicimus eſſe duo genera ſacrificiorum·⁊ primum genus pertinet ad penitentiam ⁊ diſciplinã His enim duabus mala in nobis perſequimur ⁊ occidimus·

et de hoc genere ſunt timor ⁊ dolor: pudorq̄ꝫ ira·quibus contra noſmetipſos in dei vindictam accendimur·Similiter ⁊ omnes huiuſmodi affectiones·videlicet·horror:indignatio:abbominatio:aſpernatio:deteſtatō:execratio:auerſio:odium·omnia enim hec in exterminium peccatorum ſunt:⁊ penitens ſecūdum ꝙ vere penitēs·his omnibus:vel aliquibus:vel aliq̄ eorum mala preterita in ſe perſequitur:⁊ vnunquodqꝫ iſtorum ſacrificium:eſt deo acceptū·⁊ ſacrificium iuſticie:quaſi mactatio peſſimi animalis: ⁊ deo inimica· & cui porci ſalua iuſticia: et ſine iniuria creatoris:īpoſſibile eſt. ¶ Eodeꝫ mō ⁊ diſciplina iſtis intētionibus:velut armis:velut fuſtibꝰ ⁊ gladijs vtitur:ad diſpdenda de anima humana immunda animalia· ſed ⁊ omnes virtutes animalia iſta perſequunt̄: ⁊ ꝓ poſſe mortificant·⁊ cum ampliꝰ nō poſſunt:ſaltim captiuant·⁊ ne regnēt:reprimunt et reſiſtūt ſicut dicit Apl'us in·x·ſcd'e ad Corinth. In captiuitatem redigentes omnem intellectum: extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei:in obſequium chriſto.Et iterum in·vj·ad Romanos.Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore.Et in·iij·ad Colloceñ.Mortificate membra veſtra que ſunt ſup terram.Scire tñ debes·ꝙ vtrunqꝫ iſtorum·videlicet· captiuatio ⁊ repreſſio quā diximus.Repreſſio ſcilicet qua prohibetur regnare peccatum mortificatio eſt peccati ⁊ ſi non omnimoda. Mortuū enim reputatur omne peccatum quod vitā gratie non extinguit. Tūc enim nec vitam glorie auferre poteſt:quare mortuum reputat̄ cum non regnat·quia ergo per ſe manifeſtū eſt. ꝙ mors ⁊ occiſio animalium: omnino non placat deum· peccatis ⁊ vicijs ſic viuentibus.Mors aūt ⁊ occiſio vitiorum ⁊ peccatorum:placat eum:⁊ propicium nobis reddit viuentibus: et omnino illeſis animalibus:⁊ rebꝰ alijs quibuſcunqꝫ. Manifeſtum eſt·ꝙ hāc ſolam mortem in nobis ⁊ a nobis requirit deus ꝑ ſe . Mortem vero animalium:⁊ deſtructionem quaruncunqꝫ rerum· ſicut thuris ⁊ thyāmatis:et aliorum huiuſmodi: nunq̄ requirit deus per ſe ſed propter hanc quam diximus mortem·ſcilicet viciorum et peccatorum:ſine qua omnino inutilis eſt illa·quare in tantum ſolummodo vtilis fuit mors animalium : in quantum ad hanc preſtabat aliqd' amminiculum·preſtare autem non poterat nec vnquā potuit:niſi inſtructionis ⁊ ſignificationis· quare reuelatione veritatis inſtructo de populo· penitus inutilia remanſerūt· ⁊ ideo ceſſare illo tempore deſierunt·ſicut dicit Apoſtolus ad hebreos ;x· In varijs baptiſmatibꝰ ⁊ iuſticijs carnis · vſqꝫ ad tempus correctionis impoſitis. Amplius. Quid eſt ſuperuacuum et ſuperfluum·niſi id quo poſito·nihil

additur vtilitatis propter qđ ponendum eſt: & quo remoto nihil detrahitur vtilitati eidem. tota autem vtilitas ſacrificioꝝ eſt propiciatio creatoris: quare cum per ſacrificia ſpiritualia q̄ diximus ſola & ſufficienter obtineatur iſta vtilitas: et per illa alia nihil de illa addatur. Manifeſtum eſt illa eſſe inutilia per ſe. Amplius. cum huiuſmodi ſacrificia animalium offerūtur ſiue alijs. manifeſtum eſt. ꝙ offeruntur ab iniquis. clamāt aūt omnes prophete: quia dona iniquorum non probat altiſſim⁹ ſicut legitur Eccleſiaſtici xxxiiij. Si autem querat: quare tp̄e legis a viris ſanctiſſimis & iuſtiſſimis ⁊ huiuſmodi inſtructione vel ſignificatione nō indigentib⁹ ſeruarent̄. Reſpondem⁹: quia toti communitati populi hebreorum impoſita fuerint. & ſaltem fructum obedientie ⁊ deuotionis in illis acquirebant. viri ſancti ⁊ eruditiſſimi. ſimplices vero et rudes inſtructionē quam dixim⁹ preter iſta duo bona. Et ſi viri ſancti ⁊ eruditi ab eis recederēt. duos fructus quos dixim⁹ amitterent & leg⁹ transgreſſores fierent. Inſuper ſciſſuram in populo dei facerē ⁊ magnum ſcandalum tempore illo. Ipſa etiam ſacrificia contemptibilia redderentur minoribus: quare ſequeret̄ diſſipacō legis ex toto quantum ad ſacrificia. & ſacerdotum egeſtas vel ſciſſure et ſcandalum in populo. alijs ſacrificia illa contempnētibus. alijs illa venerantibus ⁊ offerētibus. Amplius: qui ſine mactatione vitiorum offerebant animalia. Manifeſtum eſt: qͣ ſeipſos ymolabant vitijs. & per hoc demonijs. animalia vero offerebant creatori. male diuidebant ſicut ca. ex iiij. geñ. quare interius exercebant ſpiritualem ydolatriam. exterius autē dei culturam. quis enim dubitat quin vacare luxurie et eis que luxurie ſunt. ſit venerem colere ⁊ eius idolatriam ſpiritualiter exercere ⁊ ad hunc modum de alijs: quare manifeſtum eſt. ꝙ per exteriorem culturam ſolam non recedebatur a cultura demonum: niſi forſan exteri⁹. cum interius corda per vitia ⁊ pc̄ta demonibus offerentur. ⁊ in vitiorum et peccatorum temporib⁹ corda & corpora humana ſeruirent eiſdem: quare manifeſtum eſt. quia nec vera latria: nec verus dei cult⁹ fuit vnꝙ̄ p̱ ſe rit⁹ ſacrificiorum huiuſmodi. verus enim dei cultus omnem ſuperſtitionem exterminat. ⁊ ſecum eſſe non patitur: ⁊ ipſos exercentes etiam ſacrat atq̧ ſanctificat. Amplius cum huiuſmodi ſacrificiorum ritus per ſe exercentes non ſacret aut ſanctificet. nec per ſemetipſum deo placeat. propter neutram iſtarū cauſarum impoſitus eſt populo iudaico. propter cauſam igitur que erat aput populum. propter quam imponeretur ei. per ſemetipſum acceptus deo ac p̱ ſe ſanctificans exercentes. cū t(ali)s eſſet maxime neceſſarius et maxime ſalutaris. niſi incapacitas

⁊ imꝑfectio populi illius qua non dũ capax erat ſublimioꝛis atqꝫ diuinioꝛis cultus. Unde poſtmodũ per ꝓphetas paulatim ad ſpiritualem cultum ⁊ interioꝛem ſanctificationem mutati ſunt. ſicut apparet Iere. iiii. vbi dicitur. Innouate vobis nouale ⁊ nolite ſerere ſuper ſpinas. circũcidimini domino et auferte prepucia coꝛdium veſtroꝛum. Et iterum eiuſdem vi. Ecce incircumciſe aures eoꝛum ⁊ audire non poſſunt. Et iteꝝ eiuſdẽ viij. Om̃s gentes habent prepuciũ om̃s autem domus Iſrael incircumciſi ſunt coꝛde. Iam igitur manifeſtum eſt tibi. q̃liter nec veritas nec virtus nec ſalubritas huiuſmodi ſacrificioꝛuꝫ cauſa fuit vt imponerentur populo hebreoꝛum: ſed ſicut gn̄aliter verum eſt. quia ⁊ rudibꝫ et nouitijs pfecta non ab initio tradunt̃ vel imponunt̃. ymo minima quedaꝫ ⁊ leuia. ⁊ omnio perfectionem nõ habentia. ſola imperfectio eoꝛum efficit: ſi em̃ eque capaces eſſent ad maioꝛa ⁊ minoꝛa. a ſapientiſſimo inſtitutoꝛe potius imponerent̃ eis maioꝛa q̃ minoꝛa: et perfecta q̃m imperfecta: ⁊ magis vtilia q̃m minus. Amplius: ⁊ in ſcola doctrine ⁊ in ſcola virtutum paulatim ꝓficitur. traditiones aũt ſemper ꝓpoꝛcionales debent eſſe profectibus: quare ſicut proficiebat ſacra eruditiõe populus ille. ſic maioꝛa illi gradatim imponenda erant. Unde et doctrine legis ſucceſſit: ⁊ doctrina ꝓphetarum: tanq̃ perfectioni vicinioꝛ. Tandem auteꝫ aduenit euangelie perfectionis eminentia. vltra q̃ non eſt ꝙ ſe extẽdat in vita ſua perfectio ſanctitatis: ⁊ ideo prenominata rudimẽta ⁊ initialia in aduentu eius. penitus ceſſauerunt. et interdicta ſunt toto oꝛbe. cõmuniter ad perfectionem ſpũalem per aplo̕s inuitato et miſeratione dei toti mũdo per eos perfectionis euãgelice gratiam offerente: et gratiarum diluuium in oblationẽ ipſius. eis qui ad eam recipiẽdam ſe preparare conati ſunt inundante: et ſicut alibi diximus gratiarum fonte ſeptem ſacramentis quaſi ſeptem fluminibus eos purificãte. ſanctificante atqꝫ replente.

¶ De ſacrafici[j]s ſpũalibꝫ Xp̃ianoꝛũ. ¶ Ca. .V. A

Oſt hec autem proſequemur ſacrificia ſpiritualia noſtra. que deo altiſſimo offerre debemus: quibus ſolis non illis eidem placere poſſumus. ⁊ que offerentibꝫ quecunqꝫ ſibi ſalubria vel neceſſaria concedunt. Uerum igitur ⁊ generale ſacrificium quod deo in primis ⁊ maxime offerendum eſt. quod deus maxime et in primis requirit: ⁊ quo non oblato. et non acceptatur quod ei offerat. eſt vnuſquiſqꝫ

noſtrum. Oblatio autem iſta tribus modis fit. Primum ſacrificium eſt baptiſmi cum iugum ſanctiſſime ac libertiſſime ſue legis ſuſcepimus: tunc enim et pars eius efficimur et ſacram ſeu ſanctificamur· omne enim ſacrificium quod deo rite offertur· ipſa oblatione et deo ſanctificatur et pars eius efficitur. Sic fit et in nobis cum Xpiani efficimur: quia per manus baptiſantium deo oblati et ſanctificamur et pars dei efficimur: ſicut dicit apoſtolus in primo ad Collocen· Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum: et tranſtulit nos in regnum filii dilectionis ſue. Et iterum qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. De his autem qui religiones ingrediuntur quia domino offeruntur in holocauſtum. Holocauſtum autem eſt dictum ab olon quod eſt totum: et caumate quod eſt incenſio· quaſi totum incenſum· holocauſtum autem proprie dicebatur ſacrificium· quod totum igne conſummabatur· de quo ſcilicet nihil relinquebatur incombuſtum: ſic et iſti nihil de ſe vel de ſuis relinquunt· quod igne ſancte dilectionis eidem non offerant. Nemo autem dubitare poteſt: quin et ideo offerendi ſumus et quin eius totaliter effici debeamus: et quin huiuſmodi oblatione qua dei efficimur ſacremur ac ſanctificemur. Secundum ſacrificium eſt penitentie ſeu diſcipline· quorum altero videlicet penitentia vetera vitia et peccata mactamus· altero vero id eſt diſciplina dona gratiarum et virtutum in nobis cuſtodimus: et vitia atque peccata quominus in nobis oriantur aut creſcant ſaltem debita vigilantia precauemus. Tercium ſacrificium eſt orationis in quo intelligimus etiam ſacrificium laudis: non enim eſt vſquequaque perfecta oratio que laudes non habet· et quoniam diu durat corruptio in qua ſumus· ſemper inuenit vnaqueque virtus in nobis quid deo mactet et occidat· ſemper enim inuenit fides obmurmurationes: vel ſenſuum exteriorum vel ſenſus interiorum qui intellectus eſt contra veritatem dei. Officium autem fidei eſt et opus proprium mortificare hec: et imponere eis ſilentium· et propter hoc non ſolum victorioſiſſima eſt fides in ſacramento altaris: vbi et ſenſus exteriores et ſenſum interiorem quem diximus· omnemque contradictionem philoſophorum et hereticorum admirando triumpho vincit et ſuperat: ſed etiam ymolatrix opulentiſſima atque ditiſſima· que tantarum beluarum carnificinam offert deo et ymolat. Sic diſciplina intellectus vanarum· immundarum et noxiarum cogitationum ſtragem innumeram et exterminium faciens mortem illarum· iocundum deo ſacrificium exhibet ſpiritui ſancto· habitaculum intellectus pacatum et quietum efficiens· ipſum quodammodo ibidem retinet ne recedat. Maxime autem gratum eidem ſacrificium de mortificatione cogitationum venientium

a ſpiritu blaſphemie·quarum improbitas maxime inquietat ꝛ contriſtat in quibus ſpiritumſanctum interdum extinguit non quidem eſſentialiter ſeu perſonaliter: ſed propter gratiaꝫ eius que ſic extinguitur.ita vt dictum ꝛ ſcriptum eſt ab apl'o Sic timoꝛ dei aquas concupiſcentiaꝝ moꝛtificat· ꝛ velut frig⁹ ſpirituale timoꝛe incutiēs eas congelat: ꝛ moueri vel flu re nō ſinit·& propter hoc ſuo modo vl'moꝛe illas deo ymolat·ꝓpter quod in pſalmo dictū eſt.Confige ī timoꝛe tuo carnes meas· Sic ſpes terroꝛes et minas que ſunt aperte carnis & mūdi Sic caritas omnia odia mala & que ſunt odioꝛum·vel lites· rixas ꝛ bel'a·et ad hunc modum de alijs interioꝛib⁹.vt beniuolentiā iram:et que eoꝛum ſunt.Et de exte ioꝛibus id eſt videlic· et diſcip'ina oculoꝛum·illicitos aſpect⁹:et diſciplina auriū illicitos auditus·et diſciplina oris·illicitos & inhoneſtos guſt⁹·ſimilit̄ illicitos ꝛ inhoneſtos et occiſos ſermones & ad hunc moduꝫ de omnibus alijs que per coꝛpus aguntur. Et inde·quia oīs huiuſmodi occiſiones ꝛ victoꝛie ſunt· inquantum per certamē ꝛ bellum fiunt· ſacrificia ſunt in quantū ꝓpter ſanctificatiōꝫ fiunt in primis ꝛ dei honoꝛem.Maniſeſtum eſt ergo·q̄a ſacri/ficia noſtra nos emundant et ſanctificant intus ꝛ exterius ·& deo gratum obſequiū ſunt·cui ſemper grata ꝛ placita eſt moꝛ tificatio peccatoꝛum. B Preter hec autem dicimus que ſingule virtutes offerūt munera placita ex nobis ipſis Sic fides offert deo intellectum illuminatum ſaluberrima veritate·purificatum a tenebris ignoꝛantie & erroꝛum·rectū a claudicatiōe quam ſupra expoſuimus:ꝛ foꝛtē a debilitate dubietatis & opinionis·quam ſimiliter ſupra diximus ꝛ declarauimus.Offert etiaꝫ ipſum deuotum et incuruatum per obedientiā·ac diuine auctoꝛitatis venerationem·ꝛ ad veritatis quā ſupra fundamē talē nominauimus receptionē· ꝛ in his omnib⁹ que diximus fides ſanctitas eſt intellectus ſanctificās ipſum id eſt mactās duobus modis quib⁹ diximus·videlicet moꝛtificās id eſt quātum ad vitia et peccata ipſius·ꝛ quātum ad ſeipſum· videlicet vt ſibi moꝛtuus deo viuat:et hoc commune omnium eſt virtutum.Similiter et ſpes offert deo altiſſimo erectum ſecurum & iocundum:et quaſi tripudiante affectum tanq̄ hinnulum ceruoꝛum·et ſalientem ſicut agnus ouium. Caritas vero tria ſacrificia illa·que nominātur Leuitici primo iuxta tres romos ſuos·quoꝛum primus zelus eſt· quo ad dei contumelias coꝛ ꝑ eā vrit̄ ſeu aſſat̄.Sc̄dus pietas· quo ad tribulationē ſiue ſpūalē ſiue t̄palē ꝓximoꝛū coꝛ in oleo frigit̄·ſcꝫ miſericoꝛdie ꝑ ignē fraťne dilectiōis.Tercius eſt beniuolentia ꝑ quā pijs deſiderijs

